





B. 1367.







C

L

\*









BIBLIOTHECAE  
COSTO-JACOBI  
STADII

UNIVERSITATIS  
HALLENSIS  
CIVITATIS

**KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE**



V I R O  
ILLVSTRI MAGNIFICO  
ERVDITISSIMOQVE  
CAROLO ANDREAE  
B E L I O

VNIVERSITATIS LITTERARVM, QVAE LIPSIAE EST,  
R E C T O R I  
SERENISS. ELECT. SAXON. A CONSILIIIS  
AVLAE, P O E S. P R O F. P. O. C E L E B E R R I M O,  
R E L I Q V A

S. D.

CAROLVS HENRICVS TROMLERVS.



LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF NATURAL HISTORY  
AND  
GEOGRAPHY  
OF THE  
CITY OF  
LONDON  
INSTRUMENTS  
OF  
MATHS  
&  
PHYSICS  
BY  
GEOFFREY HENRY THOMAS

T  
ca  
P  
h  
et  
V  
B  
to  
Q  
fu  
m



**N**ihil unquam mihi praecla-  
rius gratiusque accidere  
potuit, VIR ILLUS-  
TRIS, quam cum, studia mea qualia-  
cunque TIBI, tanto optimarum artium  
Patrono et Vindici, probari, et TVO  
hortatu magis excitari, viderem. Hoc,  
et litteris, amantiſſimum animum TV-  
VM, itemque rara animi TVI, TI-  
BIque proſus peculiaria bona, abunde  
teſtantibus, et publice olim declaraſti.  
Quemadmodum enim acutiſſimo, fertilis-  
ſimo, ac facundiſſimo ingenio TVO,  
magnaque TVA, doctrina multos noſtrae




aetatis virorum doctissimorum longe prae-  
cellis, et omnem rem litterariam, in qua  
semper es occupatissimus, eximie iuuas:  
ita soles, quod dudum omnes in TE sunt  
admirati, quibusuis litterarum amanti-  
bus perhumaniter inservire, hocque in  
honore summo, atque etiam in deliciis  
ponere, sic, ut eruditio et humanitas  
TVA certatim palmam sibi vindicare vi-  
deantur. Et his TVIS virtutibus in-  
signibus, VIR ILLVSTRIS, ita,  
fateor, me devinctum fuisse, ut, publi-  
co animi grati, et summae aduersus TE  
pietatis signo, TIBI me clientem obser-

uan-




uantissimum declarare, non nudius ter-  
tius, sed iam inde a multo tempore cogi-  
tarem. Cui quidem desiderio ut aliqua  
ex parte satisfacerem, hunc libellum  
NOMINI TVO celeberrimo sacrum  
esse iussi. Quodsi insignem TVAM be-  
nevolentiam meis compensare officiis non  
potero, memoria tamen eam grata tuebor,  
et prosequar laudibus. Deus T. O. M.  
prosperrima TE sinat frui valetudine,  
TEque reipublicae litterariae commodo diu  
seruet. Scripsi Rodersdorfii prope Pla-  
uiam Varisc. d. vii. Kalend. Sept. An-  
no a partu virgineo omnibus salutari  
CICIDCCLXVI.





## PRAEFATIO.

aucis Te volo, Lector Beneuole. Habes lucubratum opusculum, privato magis studio, quam luci publicae destinatum, suasu tamen et auctoritate virorum quorundam doctorum in publicum iam protrusum. Auctores, tum de lingua Coptorum, tum eorum re sacra et ecclesiastica exponentes, plures vides enumeratos. Notulas passim addidi, historiae ecclesiasticae cultoribus non nihil, ut spero, profuturas. Et simul de Linguae Copticae fati nonnulla a me breuiter strictimque dicta esse deprehendes. Quae si non plane improbentur, sane, quicquid huius est opellae, non exiguo compensatum esse fructu existimabo. Vale.







DE  
LINGVAE COPTICAE  
FATIS  
COMMENTATIO.



Antiquarum linguarum matres trahunt originem a confusione babilonica, qua Deus homines ad alias terras seorsim inhabitandas adegit, et, pro communi illa lingua, hucusque vsurpata, dispersis hominum familiis proprium dicendi genus indidit, et hac quidem, vt videtur, ratione, vt singulae familiae suam haberent linguam, quam deinde in mutua coitione et habitatione vsurparent, melius excolerent, et per totas regiones et prouincias quasi disseminarent atque dissiparent. (v. BOCHARTVS in PHAL. L. I. c. 15.) Fuerunt tamen matres istae, vt ad credendum est facillimum, ab initio dialecti, vniuersae latiusque sumtae, ex hebraica, illa  
A 5 omnium





omnium linguarum primaeva, enatae. Quapropter nulla ferme in toto terrarum orbe obuia est lingua, vetustatis notam prae se ferens, quae non aliquot voces, ex illa mutuatas, ostendat. Antiquissima igitur idiomatica primum egena, simplicia, copiaque omni priuata fuerint necesse est; creuerunt tamen temporis successu, et ornatum ampliorem splendidioremque induerunt. Veteri Aegyptiorum sermone, post litteras Hebraeorum, procul dubio vetustatis principatus debetur, id quod intelligentissimi abstrusae antiquitatis spectatores et interpretes fassi sunt, consensu fere vnanimi. Prudens sciensque iam olim nonnullorum eruditorum sententiam feci, et rursus facio, meam, qua putatur, ipsum Chamum, senem licet iam decrepitem, cum sua familia, magis ad australes plagas paulatim progressum fuisse, maioremque Arabiae partem, et anteriores Africae prouincias, in iisque praecipue Aegyptum, incoluisse, ac regnum ibi condidisse. Quapropter Aegyptus ab auctore suo audit in sacro codice, et quidem *Ps.* LXXVIII. v. 51. CV. v. 23. **חַם**, *Χαμεία*, et hodie adhuc in vulgato Coptorum sermone XAMH, atque *Plutarcho* in *Iside*; quin Aegypti reges vocantur antiquissimi *Ies.* XVIII. v. 11. Quae igitur causa subesse potest, quare istud regnum potius Chami compellationem nactum fuerit, quam Arabia, Phoenicia, Aethiopia, Libya, aliaeque terrae, a progenie Chami infessae? Nulla certe, nisi quod Chamus ipse penetrauerit in Aegyptum, ibique in Thebaide sedem





sedem fixerit, vnde Thebae Hebraeis audiunt  
סֵדֵד אַמּוֹן, *sedes Ammonis*, i. e. *Chami*; Diodoro  
autem *Siculo* Χέμυς, Χεμμῶ. (v. *Vitringa Com-*  
*ment. in Ies.* p. 536.) Illorum igitur Colonorum  
linguae inopia et simplicitas, etsi requireret pri-  
mum symbola et figuras hieroglyphicas, notas  
illas volucrum, ferarum, aliarumque rerum,  
quibus postea sacerdotes Aegyptii animorum  
fensa in lapidibus exprimerent, et in sacris vte-  
rentur: feliciter tamen decursu temporum cul-  
ta, et, multis vocibus inuentis, ditata fuit, ad-  
eoque, vt iam imperio Pharaonum Aegyptii pro-  
pria gauderent lingua, Israelitarum genti, *As-*  
*sapho* Ps. LXXXI. 6. adstruente, ignota. Pro-  
prium natiuumque sui sermonis nitorem, et sub  
imperio regum subsequente, forte retinuit  
Aegyptus, ac, flore commerciorum ceber,  
opibusque abundans, Colchidi, Armeniae, Si-  
nae, et Indis dedit colonos, et, vt more victo-  
rum et colonorum olim fieri consuevit, non pa-  
rum de suo sermone. (v. si placet, meam de  
*lingua Armenia comment.* p. XVII. *Blumbergii*  
praef. *fundam. Ling. Copt.* praemissam, p. 10.  
et V. C. *Fred. Sam. Schmidii diff. sur une Colonie*  
*Egyptienne établie aux Indes.*) Numaliquid muta-  
tionis ipsi contigerit hac in re vsque ad Cam-  
bysem, Cyri filium, qui Aegyptum adiunxit Per-  
sarum imperio, scimus cum ignarissimis. Mul-  
tum tamen, ac sane multum, mutationis exper-  
tus est gentis huius sermo, Graecis imperantibus.  
Alexander M. enim posthac Aegyptum cum  
omnibus intrauit copiis, vrbesque victor omnes  
cepit,





cepit, opera facili. Blande fuscipiebatur a populo, Persarum iugum velleo nomine vehementer execrante, quod Persa nonnulla ex idolis Aegyptiis subuerterat, nominatimque Artaxerxes Ochus, Aegyptios denuo sub suam redigens potestatem, gentis illius sacra vehementer contemserat, et, praecipuum maxime inter ipsius deos, Apim, destruxerat. Is, quem laudauimus, victor, toto terrarum orbe celebratam Aegypti urbem condidit, eique, quod in vulgus est notum, impertiuuit nomen suum, accitis vndique incolis graecis, aliisque non paucis. Alexandro fatis concedente Ptolemaeus Lagi regni gubernacula tenebat, rex, non solum bellica fortitudine insignis, sed etiam graece doctus, et in ea lingua scriptor, quem res gestas Alexandri scripsisse tradidit antiquitas. Hic, regno se abdicans, vltro nunc filio, Ptolemaeo Philadelpho, commisit imperium, qui non minus ac pater litterarum studio et amore flagrabat, adeo, vt etiamnum sub iudice lis sit, patrem eruditione tantum aequauerit, an superarit. Et hoc regnante contigisse fertur, solemnis illa sacrarum litterarum in sermonem graecum versio, et felix incrementum cepit instituta Bibliotheca Alexandrina, latius adhuc crescens sub regibus sequentibus. Nec minus, qui in paternum locum deinceps successit, Ptolemaeus Euergetes, laude litterarum claruit. Hoc imperante gens Aegyptia fere coacta est graece loqui; ac, sic eo ipso expirante illa prima et aurea sermonis aegyptii aetate, euanescen-





nescentibusque propriis litterarum elementis, Graecorum tum ductus, et permultas graecas voces recepit, propriae quodammodo linguae usum amisit, saltem magna ex parte adulteravit. Quales igitur olim litterarum formas adhibuerint veteres Aegyptii extra hieroglyphicas, hodie ignoratur. (v. *Wilkins in Thef. Epist. Lacroz.* T. I. p. 379.) Hic diuinet, qui potest; periculum faciat, cui volupe est ingenium suum torquere.

At vero hic alia huic linguae ponenda videtur aetas, altera ideo a me olim (*in comment. de L. Arm.* p. XIII. et XV.) appellata, quae ipsi Copticae, a Copto, Thebaidos metropoli, nomen conciliauit, qua in vrbe potissimum in usu fuisse fertur. Et homines Aegyptii, sacris Seruatoris initiati, persecutionibus sic vrgentibus, in Thebaide, eiusque metropoli, tum morantes, illo sermonis genere in sacris faciendis olim vsi sunt. Coptica igitur lingua est quaedam antiquae aegyptiae, et simul graecae, corrupte tamen adscitae, temperatio, quae omnibus fere Graecorum litteris, paululum immutatis, scribitur atque exprimitur; de qua re vide sis *P. E. Jablonskii Panth. Aeg.* eiusque *Tr. de Remphab, Aeg. deo*, p. 42. nec non *Becmanni Hist. Orb. Terr.* p. 380. et *Aug. Pfeifferi Crit. S.* p. 308. Homines litterarum copticarum expertes, et notitia graecarum leuiter imbuti, vbi monumenta coptica ipsis se praebent conspicienda, dici non potest quam grauiter offenderint, opinantes, Coptorum linguam, graeco incedentem vestitu, nudam





dam graecam esse, eamque corruptam; facilem esse lectu, et intellectu facilem: cum tamen sit difficilis prononciatu, propter crebrum consonantium concursum, quin intellectu difficilis, propter tot alias tricas, tamque egregias antiquioris aegyptiae linguae reliquias, et, quod tandem ad analogiam grammaticam, ipsamque linguae, indolem attinet, multis parasangis a Graecismo abludat, recte monente *Blumbergio* d. l. p. 16. Quo in errore versatus est quondam Rittangelius, et cum eo sat bene multi, quos ille sui erroris fecit participes. Illustri etiam documento, quod dixi, confirmat *Iablonskius*, scitus ille et subtilis litterarum copticarum magister, ea de re per litteras *Crosium* in *Thef. Epist.* T. I. p. 178. alloquens sic: „errorem illum, qui in animis hominum altam radicem  
 „egit, euellere vix ac ne vix quidem potui  
 „apud quosdam, qui linguam copticam nihil,  
 „aut parum cum vetustissima Aegyptiorum lingua commune habere existimant. Nempe  
 „hoc illis fraudi est, quod coptica multis vocabulis graecis sit interpolata. Obuiam huic errori ire conatus sum in prolegomenis ad dissertationem de deo Remphah; experientia enim  
 „edoctus eram, quam insigne impedimentum  
 „praua haec persuasio studio alioquin vtilissimo posuerit. Sermones, quos posthaec ea de re  
 „habui cum Renaudoro, Abbate de Longerüe, Bern. Montefalconio, aliisque, magis magisque me confirmarunt, nihil aequae commendationem Copticismi facere posse, quam si  
 scripto





„ scripto aliquo perspicuo antiquitas linguae co-  
„ pticae ostendatur. Verum haec opera requi-  
„ rit scriptorem linguae et antiquitatis aegyptia-  
„ cae valde peritum, nec ignarum linguae he-  
„ braicae, et praeterea ingeniosum. Nisi tu  
„ eam in te susceperis, vereor, vt alius ea recte  
„ defungatur, quin vereor potius, linguam ae-  
„ gyptiacam ea fata manere in Europa, quae  
„ in Aegypto ipsa, inferiore praecipue, experta  
„ hactenus, est.“ In hunc finem etiam Iablons-  
kiius, assidua lectione monumentorum variorum  
bene formatus, seriem vocum aegyptiarum, in  
copticae obuiarum, eamque paullatim in iustum  
commentarium excrescentem, confecit, expli-  
cauit, illustrauit, et tantum non ad umbilicum  
perduxit. Infuerunt huic iudici, vt ipse fate-  
tur, nonnulla capita, ad magnitudinem iustarum  
fere dissertationum tractata. (v. *Thef. Ep.  
Lacroz.* T. I. p. 186. et 187.) Opus idem  
fuit, Schoetgenio iudicante, lucernam olens,  
et suo auctore doctissimo et luce dignissimum,  
quod si cum re publica litteratorum communi-  
caretur, Wilkinsii et Relandi promissa veteris  
linguae aegyptiae *λείψανα* non amplius tam im-  
patienter desiderare opus esset. Ad istam Ia-  
blonskii sententiam et ipsum accedit iudicium  
*Crosii*, candidi illius pariter et sagacis monu-  
mentorum quorumuis copticorum iudicis, assen-  
santis, in *Thef. Ep.* T. III. p. 74. „ non esse  
„ hominis, copticae linguae periti, affirmare,  
„ dimidiam partem vocum illius linguae grae-  
„ cam esse, cum Psalmi integri occurrant in ver-  
„ sione





„sione codicis sacri coptica, in quibus ne vni-  
 „ca quidem vox graeca appareat, et pleraque  
 „illarum vocum, quae graece extant in libris  
 „sacris, vocibus mere aegyptiacis scriptae alibi  
 „legantur.“ Interea tamen accuratior huius  
 sermonis lustratio vocabula quaedam, hebrai-  
 fimo consonantia, animo et oculis subiicit lecto-  
 ris; id quod Jablonskius ipse innuisse videtur in  
 verbis ante allatis. *Blumbergius* quidem, bre-  
 uiorem licet, bene tamen consentientem illo-  
 rum vocabulorum conspectum exhibuit, d. l.  
 p. 17-19. et, *Pfeifferum*, nouimus, adhuc  
 pauculas voces, cum Chaldaeo-Syriacis, Sama-  
 ritanis, Arabicis, Aethiopicis, Latinisque fa-  
 cile conciliandas, dedisse, *Crit. S.* p. 309. Ce-  
 teroquin *Ludouicus Picquesus*, doctor olim Sor-  
 bonicus, non vulgari litterarum orientalium  
 laude enitens, obstetrice veteri vocabulario  
 Francico, quod in Aegypto Ludouici S. aetate  
 litteris copticis vult exscriptum esse, paradoxum  
 quoddam peperit, quo, mirum dictu, nobis  
 annitur persuadere, ac si vera linguae huius  
 pronuntiatio, intercalando consonantibus ae-  
 gyptiis vocales Habessinorum, orta sit: quod  
 paradoxum sapit caeteras viri opiniones, op-  
 pido singulares, et licentiam, ne dicam, la-  
 sciuiam, qua inclaruit, ingenii, et fingendi  
 adeo libidinem. Vtique scire gestirem, ad quo-  
 rum usum, qua occasione vrgente, eiusmodi  
 farinae dictionarium confici fuisset opus? et,  
 quem agnoscat auctorem, nisi quidem ano-  
 nymus sit, et vbi gentium lateat liber? ex eo,  
 si in





si in viuis adhuc esset, nosse vehementer cuperem. Nec hoc loco moramur insulsam *Io. Tolandi*, hominis illius profani, de conuenientia copticae linguae cum Phoenissa, Arabicaque, opinionem, communicatam cum Leibnitio, et ab eo bene reprehensam. Multo accuratius tutiusque quondam *Andr. Acoluthus*, conuenientiam quandam sermonis aegyptii cum Armeniorum vernaculo deprehendit, apparatus certe vocum aegyptiarum copiosum, in sermone Armenio reperiendum; cuius rei exempla et argumenta, partim ab eo ipso, partim a nobis, in medium fuere allata, in *d. comment. de L. Armenia*. Verum mittamus haec, et iam triplicis illius, quod quidem Clementis Alex. aevo in consuetudine fuit, scribendi generis simus memores. Scilicet, fuit istud *ἱερογλυφικόν, ἱεροτικόν, et ἐπιστολογραφικόν*. (conf. *Clemens Alex. Strom. L. V. Porphyrius vit. Pythag. Crosius Thef. Ep. T. III. p. 22. et Blumbergius c. l. p. 8.*) Et primum quidem columnas et deorum statuas suppeditasse, alterum Copto-Aegyptium a librariis in describendis libris sacris, et ritibus Liturgiisque adhibitum, tertium denique graecum fuisse, non immerito statuit *Blumbergius*. Hoc diuersum scribendi genus nititur vetustatis testimonio, quin ipsa fatorum et temporum ratione. Ipsi *Crosio* fuit acceptum, licet quod sciam non diserte explicuerit. Alterum modo ac tertium, profiteretur, extare adhuc in variis Aegyptiorum monumentis. Tot itaque

B

tamque





tamque varios casus ac rerum discrimina expertus est sermo aegyptius, ut nemini mirum videatur, quod difficultatibus, tricis, et minutis obseruationibus abundet, ac vix scripto doceri possit. Difficultatibus illis duae res erunt subsidio, Grammatica, caeteris hucusque vulgaris accuratior et praestantior, et viuus magister, ipso *Crosio* iudicante, in *Thef. Ep. T. III. p. 97.* Cumque Copti insuper, litteras exarantes, utantur non bene apposita, sed male implicata et confusa scribendi ratione, et integras saepiuscule periodos perpetuo nexu, sine vlllo discrimine scribant, et contra medias voces passim diuellant, tironibusque adeo eo ipso molestiam non leuem gignant, periodos rite constituere, suis spatiis accurate distinguere, et in suas voces ordine digerere, difficultatesque illas artificiose superare, conuidentibus. (v. *Pfeifferus* d. l. p. 310.) Inde satis, puto, liquere, vulgarem illam et subitanam, ac primis labris haustam linguae cognitionem haud sufficere, sed multo vsu, longaue opus esse exercitatione. Etiam si vero Copticismum tam multis quasi circumseptum difficultatibus, aliisque impedimentis irretitum, conspicimus: absit tamen ut illum in numero linguarum quarundam habeamus, quas praepostera nonnullorum consilia inutilibus, studioque et ingenio doctorum hominum prorsus indignis rebus, non sine iniuria insigni quandoque accensuere. Nullum siquidem, etiam barbarum, dicendi genus, ita comparatum esse arbitror,





vt ab aliis gentibus, egregie alioquin cultis, plane contemnatur, vel flocci habeatur. Quod si vero vnicuique linguae ex vtilitate, quam mortalibus parare potest, et elegancia et amoenitate, qua enitet, rite constituendum et metiendum est pretium: linguae profecto copticae non deerunt argumenta, quibus eius et vtilitas, et elegancia, quam maxime firmetur. Manifestum est enim, vt taceam, quae viri eruditissimi iam pridem de ipsius elegancia et iucunditate abunde disseruere, obuias esse in pandectis sacris voces quasdam peregrinas, in iisque aegyptias, quas Pfeifferus, Mayerus, Bochartus, Viccarsius, Hottingerus, alique doctissimi interpretes, dudum obseruarunt, quarumque idoneam explicationem nullus sacrarum litterarum interpres, siue Hebraeus, siue Christianus, nisi subsidiis copticis instructus, proferre potest, quin ad earum sensum verum eruendum multum confert huius sermonis cognitio. In quibusdam etiam locis Versionis LXX. linguae copticae vestigia passim obseruauit Humfrey Hoding; quin imo, ad inueniendam genuinam graeci textus lectionem plurimum profuturam esse translationem copticam, olim animaduertit *Iablonskius* in d. *Thef.* T. I. p. 191. Et sane copticae sacrae scripturae versionis antiquitas, multis multorum testimoniis adstructa, omne hic punctum fert; digna versio, quae peritos interpretes et lectores nanciscatur, qui animam appellant ad ipsius genium, et, quae vsui vberiori esse queant, nos doceant. Quid?





quod historia regum et rituum aegyptiorum, ac res Coptorum, tum profana, tum sacra et ecclesiastica, ex hoc litterarum studio non parum foenerare possit lucis, ecquis, quaeso, est, qui sibi demonstrari multis postulet argumentis?

His absolutis, de tertia sermonis aetate breuissime exponemus. Dolemus autem quam maxime eius ultimam vicem, qua constat, eum Saracenorum expugnatione et imperio penitus fere extinctum, ipsique mortem paullatim fuisse allatam, adeo ut Copti christiani adsuescerent linguae arabicae, illaque potissimum, prorsus fere neglecta populari, in sacris vterentur. Quo factum est, ut Copti, qui inde ab S. Antonii tempore codicem facrum, V. T. saltem, in templis coptice lectitarant et explicuerant, lectioni pericoparum copticarum, haecenus legi solitarum, iam translationem arabicam sensim adiungerent. Qui quidem tristis rerum status iam obtinuerat seculo vndecimo, quo ad finem vergente de vita decessit Cyrillus, Alexandrinus Coptorum, siue Iacobitarum, Patriarcha. Is paulo ante obitum summo studio IIII. Euangelia coptica perlegit, ac *Tafassir*, h. e. expositiones super illa scripsit arabice; quo commentandi genere opus habuit propter vernaculae ignorantiam, iam tum Laicis familiarem. Parcius hodie vtitur sacerdos aegyptius, ex familia Coptorum, suo sermone in sacris peragendis. Coptice ad populum verba facere nesciens, liturgiaram copticarum formulas, memoria tantum non, idque





idque plerumque sine sensu, comprehensas, quandoque recitat, sicque suo se munere optime defunctum putat. Et plebi collocutio coptica insolens. Pueri artis rudimenta addiscunt saepius, et, si maximos fecisse censentur profectus, legere et pingere litteras, et numeros computare sciunt; de quibus, et aliis, perturbatae quam maxime linguae faciei indicis, pleno, quod aiunt, horreo, disseruerunt recentiores rerum historicarum conditores, iique fide dignissimi. Verum enim vero, haec misera litterarum copticarum conditio et iactura, eo magis virorum quorundam doctissimorum sollicitare videtur copiosam scientiam et operam, qua cauendum est sedulo, ne res publica litteraria, et quidem in ista doctrinae parte, ulterius aliquid capiat detrimenti. Cumque bibliothecae romanae prae aliis ingentes monumentorum copticorum thesauros seruent, nemini forsitan, nisi doctis in Italia hominibus, quos tamen simul hebraice et graece egregie doctos esse oportet, ad Musas copticas futurus est aditus. Quapropter Iablonskius sibi olim temperare non poterat, quin, quod fouebat, desiderium, Crocio (in *Thef.* laudati T.I. p. 189.) palam faceret hoc: „Si alterutri nostrum esset integrum, sex menses Romae degere, quanto non thesauro eruditionis aegyptiacae orbem eruditum possemus beare! Quum aduersus memoriam virorum, de litteris copticis vel omnino, vel aliqua ex parte meritorium, grati debeamus esse; age nunc recensenden-





dis illis paulisper immoremur, et deinceps recentiora sermonis coptici inter Europaeos fata cognoscamus. Et hic quidem primum *Athanasius Kircherus*, familiae Lojolitanae socius, in censum venit. Is, excutiendis Aegyptiorum operibus, magnam visus est operam navasse, ac nonnullos, huc facientes, ingenii partus edidit. Verum literas illas magis affectavit, et ostentavit, quam probe calluit, ideoque a permultis tantopere impugnatus ac vituperatus, ut corrumpendis potius, quam erudiendis ingeniis natus videretur. Clodius quidem, in eius *nomenclatore* infinita, ait, se correxisse menda. Picquesius simili ratione multa emendavit; cuius emendationes Sebischius, bibliothecae Electorali Dresenensi quondam praefectus, Parisiis apud Dominicanos in platea S. Honorii vidit. ( v. *Thef. Epist. Crof.* T. I. p. 82. ) Nec satis fuit Kirchero, saepissime errasse, sed et aliquoties meris fraudibus indulgit. In *Oedipo* enim inscriptiones nonnullas, easque, ut c. l. p. 325. Ioach. Sandero placet, puras putas graecas, sed duplicatis graecorum litteris efformatas, pro antiquis aegyptiis venditavit. Mullerus itaque, Praepositus Berolino-Coloniensis, ubi miram hanc fraudem animaduertisset, litteras quasdam ipse finxit, insolitis ductibus expressas, quas cum Kirchero communicans, quaesivit, an aegyptiae essent? Quas cum ille tales agnouisset, vberiorique adeo explicatione fuisset dignatus, hominis impudentia risu Praepositi excepta est. Non plane tamen, licet  
fae-





saepissime, lapsus fit grauiter Kircherus, et fumum vendiderit; reiiciendae sunt eius elucubrationes. Monumenta quaedam vera germanaque ex tenebris protraxit in lucem, et Grammaticos quosdam copticos, non omnino spernendos, aliquando sine errore, ex ipsa Jablonskii sententia, ad me olim perscripta, sequutus est. *Guilielmus Bonjour*, Tholosanus, ordinis Erem. S. Aug. focus, ingenium magis sanum et vegetum, acre iudicium, paratam copiosamque scientiam, et animi virtutes, fallere nescias, attulit ad hoc studii genus. Quod quamuis feliciter, quam ab Kirchero, susceptum; eo tamen infeliciori fato, molesto, diurno, ac parum vtili itinere, abruptum est, narrante *Crosio* in *Thef. c. T. III. p. 88. coll. p. 154.* Copticae litteraturae, de verissimo *Crosii* iudicio, apprime gnarus, monumenta quaedam Romae vulgavit, cum plausu et laude peritorum excepta. Ac sane virtutes ingenii sui et doctrinae, in istis monumentis propositae, etiamnum late fulgent. Quaedam etiam praecepta grammatica congescit, typis nondum expressa. Ab *Wilkinsio*, qui tamen linguam copticam haud supra mediocritatem didicerat, ignominiose exceptus est; quae res tam male habuit *Crosium*, vt non minus finistre de candore, quam ingenio et eruditione *Wilkinsii* iudicaret. *Io. Mich. Wanslebius*, Erfurtanus, ab *Ernesto Pio*, Sax. Duce, in Aegyptum missus est, eo tamen consilio, vt pergeret in *Habessiniam*. At ille modo in Aegy-





pro superiore aliquamdiu haesit. Coptorum christianorum consuetudine vsus, cognorat aliqua ipsorum monumenta, sed, quod dolendum est, nihil in communem vsum protulit. *Io. Ern. Gerbardus*, Theologus Ienensis, qui in luce ecclesiae et litterarum vixit, suasu Ludolfi, amici sui integerrimi, non aethiopicis solum, sed copticis etiam litteris condiscendis non plane contemnendam dedit operam. Et caruit quidem eo, quo viuebat, temporis tractu, subsidiis, quae sufficerent, copticis. Quae si affuissent, poterat fortasse inter clarissimos linguae magistros locum mereri. *Andr. Acolutbus*, Theologus Vratislaviensis, ille totius fere Orientis promus condus, nec illius sermonis fuit expers. Insigni studio, etiam inter tristitia maxime aduersae valetudinis fata, persequutus est institutum suum, *linguam et sapientiam Aegyptiorum restitutam*, vbi, relictis et explosis pluribus Kircheri placitis, longe meliora, prorsusque noua huius artis praecepta, ex linguarum cognatione, ac historiarum monumentis petita, cum eruditis voluit communicare; sed opus, in quo viginti annorum tempus consumserat, (v. ipsius *Specim. Corani quadriling.* p. 30.) inchoatum imperfectumque reliquit, oppressus morte, (conf. *Nou. Symbolas, de rebus theolog. antiq. et nouis exponentes*, ad A. 1761, Partic. III, p. 10.) Locum etiam inter linguae cultores sibi quodammodo vindicare videtur *Claudius Salmasius*, illud orbis litterati immortale decus, ad cuius ho-





hominis immensam gloriam cum ars utriusque linguae critica, et omne fere disciplinarum genus non videretur sufficere, litterarum insuper copticarum cognitione animum imbuendi flagrauit cupiditate. Sed minus benigna hac in re forte usus est, et vertendae Liturgiae coptico-arabicae periculum vitiosum fecit. Quam versionem suam cum videret reuocatam sub seueriorem eruditorum censuram, obscurare maluit eam, quam diuulgare ulterius. Rei quoque Coptorum ecclesiasticae parum peritus, multa in adnotationibus deliquit, ac propterea optimo iure Renaudotii virgula censoria notatus est. Inter tot illustria ingenia *Ricaydum* etiam *Cumberlandum*, Episcopum Petroburgensem, cuius exquisitae eruditioni multum sane Anglia debuit, commemorare mihi liceat. Is octogenario maior, atque ita senio propemodum confectus, et capularis, oblato sibi ab Wilkinsio N. T. Coptici exemplo, tanto in Copticismum abreptus est amore, ut reliquum vitae tempus vnice fere discendo sermone hoc tereret, et nonnullos faceret profectus. Scripsisse fertur adnotationes in eiusmodi Nouum Foedus, quae postea in manus Paynii venerunt. (v. *Niceronii Memorias Erud.* teutonice edit. P. V. p. 416.) *Augustus Pfeifferus*, non contentus eximia, qua pollebat, plurimarum Orientis linguarum notitia, sed insigni sciendi intemperantia correptus, se quoque ad noscendam Coptorum vernaculam contulit. Kircherum aliquando non infelici Minerua castigauit,





ac non inepte de istiusmodi litteris in sacra Critica disputauit. Sed vnum hoc dolendum est, quod vir, ingenio alioquin admirabili, acutissimo iudicio, stupendaque lectione conspicuus, subsidiis necessariis fuerit destitutus; consummator futurus, nisi haec iniqua fata inuidissent. *Christ. Gotth. Blumbergium*, S. T. D. ac Dioecesis Cygni, olim praefulem, virum eruditissimum, optimumque, *Wilkinsius*, Amstelaedami tunc degens, sollicitauerat, vt, quae curiose admodum atque diligenter ex variorum, in primis *Kircheri*, scriptis, excerpserat, et in ordinem redegerat, ex tenebris euocaret. Hortanti obediens fuit *Blumbergius*, ac linguae copticae fundamenta Lipsiae in conspectum prodire iussit. Multos licet auctor errores commiserit, nec omnia, ab ipso *Kirchero* correctae, menda euitauerit, non tenuis tamen *Blumbergio*, quod tale quid ausus esset, quod nec alii postea melius praestare auderent, perstitit, perstabitque honor. Non in omnibus rem, quam instituit, inepte tractauit, nec omni ex parte spem lectorum suorum, de se conceptam, fefellit. *Kircherum*, quamuis eum non raro sequutus, aliquoties tamen correxit feliciter. In tractandis insuper litteris interioribus et tam reconditis, quis est qui nunquam, qui prorsus nihil offendat? Neque vero dubium est, quin simul hic *Theodoro Petraeo*, Cimbri, iure locus debeat. Hic, orientalium litterarum amore et ingenti desiderio ductus, peragrauit Graeciam, Syriam, Palaestinam,

nec





nec Aegyptum reliquit inuisam, sed annum unum, et quod excurrit, Cairae commoratus, litteras didicit copticas, vberimasque multiplicis eruditionis opes ex itineribus secum reportauit, ac varia varii generis specimina, pleraque tamen suis sumptibus, publicauit. Meliora procul dubio depromere, et scitu dignissima discendi cupidos potuisset docere, nisi paupertatis incommodis pressus, et bibliopolarum auxilio destitutus fuisset. *Iosephum Wassium*, Anglum, Philologum insignem, comperimus ex Whistoni testimonio, in copticis nonnihil operae posuisse; *Georgium* quoque *Whistonum* ipsum optimos quosque libros coptice scriptos sedulo legisse et vertisse, nec non varia in usum eius linguae scripsisse, quae in scriniis adhuc puto latitare. *Eusebius Renaudorius*, qui *Collectione Liturgiarum*, et *vitis Patriarchar. Alexandr.* editis, magnam sibi nominis famam conciliauit, arabicarum et syriacarum litterarum fuit peritissimus, adeo vt discernere difficile fuerit, in qua lingua praecipue excelleret. Cursio sentiente ( *Thef. Ep. T. III. p. 96.* ) Copticismi cognitionem prae se tulit quidem, sed minus hunc sermonem intellexit. At vero scripta eius, in illo non plane ipsum fuisse hospitem, videntur aperte declarare. Et, *Io. Christ. Clodium*, cuius in Orientis thesauris et disciplinis exantlatos labores semper venerabitur litteratorum res publica, hominibus nostris coptice doctis annumerare, quid vetat? quandoquidem nihil tam alte ars constituit, quo ingenium





genium eius ferme diuinum non eniteretur. Vnde hunc fructum tulit, vt abstrusissima Orientalium monimenta sibi redderet familiaria, et in lingua coptica curatius perscrutanda non omnem operam perderet. *Dav. Wilkinsum*, ecclesiae Anglicanae Presbyterum, debuimus Memeliae Borussorum. Ille a teneris in linguarum diuersarum curriculo summo cum studio versatus est sic, vt subinde ipsius nomen laudibus doctissimorum Britanniae, Belgii, Italiae, et Germaniae hominum celebraretur. Ex bibliothecis non solum Britannorum, sed exterorum etiam, codices quosuis copticos, in primis sacri argumenti, miro conquisiuerat studio, et, adhibito indefesso lectionis labore, perennibusque vigiliis, se totum Musis Aegyptiis mancipauerat. Quo factum est, vt omnes fere suae aetatis eruditi, primas in eo scientiae genere ipsi iam deferrent non solum, sed sperarent etiam, imo considerent fore, vt Wilkinus mox eruditionis comparatae fructus maturiores ederet, et sua, vt putabant, exacta intelligentia toti Europae facem praeferret. Presbyter igitur, vt spei de se conceptae, tamque egregiae, satisfaceret, edidit Nouum Testamentum copticum, cum versione latina. Sed cum et haec esset passim barbara, et ille peccata non pauca committeret in interpretando, spem illam splendidam fuisse vanam, luculenter ostendit, et hoc suo exemplo comprobauit sententiam multorum, quam valde difficilis sit, imo periculosus ad copticos aditus, lugendumque





que linguae istius, toties tentatae, et nunquam perfecte, vt par erat, illustratae, fatum. Crofius certe, ille omnis rei copticae tunc arbiter, haefit, vtrum Wilkinfium iuxta, an infra Kircherum, in copticis poneret. ( confer. *Thef. Ep.* T. III. p. 154. et 158. ) Veruntamen Wilkinfius, poſtea eruditior factus et limatior, non Kircherum modo, ſed, edito pentateuchi ſpecimine, ſe ipſum etiam ſuperavit. *Ludou. Picqueſius*, Sorbonae doct̄or, de quo paulo ante, quidquid in re publica litteratorum rarum et mirificum videretur, auide in imitationem olim vocavit. Nullum diſciplinarum genus, idque reconditum, et ab vno vel altero tractari coeptum, commemorabatur in eruditis ephemeridibus, quod non ſua eruditione illuſtrare, ſeque in illo aliis magiſtrum obtrudere aggrederetur. Quae quidem hominis arrogantia, aliter enim fieri vix potuit, nonnullos, prodigiis ſimiles, partus enixa eſt. Idem non raro Germanorum ingenia calumniis conſectatus eſt, et conuiciis. An emendationes, quas ſuper nonnulla Kircheri opera coptica quondam ſcripſit, quarumque ante meminimus, tanti merito haberi debeant, quanti quidem ex arrogantiae ſuae lege et indole haberi ille voluit, ego quidem, licet publice non proſtent, pauliſper addubito. Hoc loco, etſi alienum a re propoſita videtur, commemorare mihi liceat communem illam doctiſſimorum, quae vnquam extitere, ingeniorum experientiam, qua luce clarius liquet, ſtudium linguarum, rite inſtitutum,





stitutum, rem esse non leuem, neque breuissimi temporis; adesse debere excellentem non solum memoriae, sed ingenii etiam, iudiciiue bonitatem, optima denique humanitatis praesidia, et lectionis exercitationisque assiduitatem requiri. Quare, si litterarum copticarum cultores, ante commemoratos, ad hanc normam explorare velis, plurimos, Boniourio Wilkinfioque exceptis, illas tantummodo attigisse, caeteros in primis et infimis quasi artis et notitiae gradibus haesisse, deprehendes. Sed postremo gentis, coptice doctae, duo, fas est, commemorare honestamenta. Nimirum cognita est ac perspecta summa olim *Mat. Veyss Croffi*, viri celeberrimi, et inter omnes maxime eminens eruditio coptica. Is, omnibus Musis fauentibus, consilium ceperat, telam istam, ab aliis, minus tamen feliciter, coeptam, denuo pertexendi. Inerant ei, quae magna sunt ad eam artem prospero tractandam successu, praesidia et adiumenta, solertis ingenii iudiciiue vigor, et copiosa doctrina; ad manus erat apparatus sufficiens copticorum exemplarium, quae diurna nocturnaue manu versauit; et praeterea exercendo se assidue in ista lingua bonam aetatis partem exegit. Non sine raro quodam fortunae beneficio discipulum, se dignissimum, nactus est *Paulum Ernestum Iablonskium*, celeberrimum illum postea in Viadrina Vniuersitate sacrarum litterarum doctorem, ante aliquot annos rebus humanis exemptum, tunc adolescentem. Et, *Crosium* quidem, pu-





putamus, vix quempiam alium aptiorem inuenire potuisse discipulum, qui linguam illam coleret aut constantius, aut maiore studio, labore, diligentiaque. Magister itaque tironem suum instituit sic, vt simul ipsius animum gustu pulchritudinis linguae imbueret, et copiosissimos eruditionis suae thesauros in eius memoriam transfunderet. Et docendi munere functus est cum certissimo augurio, fore, vt *Iablonskius*, pro ingenii sui vbertate et amoenitate, excultissimaque, qua iam tum pollebat, eruditione, has litteras aliquando amplificaret, illustraret, alios doceret, et illarum ope intima antiquitatis aegyptiae penetralia aperiret doctis ac resolveret, imo Copticismi stator esset et *μουσηγέτης*, ( conf. *Theof. Ep.* T. III. p. 154. ) Et sane *Iablonskius* sermonis istius facultate perfectissimus euasit, et praestantiae principatusque in cognoscendo exercendoque laudem et honorem omnium vnus *hac nostra* memoria tulit. En ipsa viri summi, ex epistola Ao. MDCCCL. humanissime scripta ad me, deprompta verba: „Ego quidem olim iuuenis, duce et auspice Lacrozio, litteris Coptorum meam dicaui operam, et, amore huius litteraturae in dies ductus, nunc tempus triginta annorum fere continuum huicce impendi. Coudices quoque permultos coptice exaratos, quoscumque vnquam potui nancisci, accurate descripsi, et in meum peculium deriuauui. His instructus subsidiis, multas res hucusque operas reclusi. Qui si labor meus ex sententia

”peri-





”peritorum successerit, bene erit opera posita.“  
 Verum quanta iactura facta sit morte huius no-  
 stri Iablonskii, quilibet vel inde facile potest  
 perspicere, quod Musae Aegyptiae, post fata  
 sui Apollinis, plane siluerint, et fortasse eadem  
 fata deinceps experturae videantur.

— *Pro dulci reditu quaecunque vouentur,*  
*Audiat auersa non meus aure Deus!*



BIBLIO-





BIBLIOTHECAE  
COPTO - IACOBITICAE  
SPECIMEN

Quaecumque nunc dabimus. Bibliotheca Alexandrina ab Saracenis concremata, fateamur necesse est, permulta simul monumenta aegyptia, auro cariora, fuisse deleta et omnino perditā. Quicquid ex ista immani Saracenorum tyrannide saluum euaserat, in latibulis fere monasteriorum custoditum iacuit, ex quibus paullatim fragmenta in manus Christianorum occidentalium peruenere. Igitur, dum suscepto aliqua eorum recensendi munere fungimur, opus erit, ut, constitutis quibusdam capitibus, rem istam rite absoluamus.

CAP. I.

*Libri sacri argumenti, cum aliis quibusdam promiscuis Coptorum monumentis, merito hic nobis maxime curae sunt. Et Copti quidem omnes, tum V. tum N. foederis libros, in suum sermonem transtulere, quos recensit Kircherus in Prodr. C. p. 187. Coptica vero versio, ut viris Coptice doctis semper visum fuit, sensum LXX. Interpretum saepius reddit. Varia tamen censetur ab huius rei intelligentibus.*





*Biblia tota Coptica* MSS. latent in Bibliotheca Vatic. Pfeifferus Crit. S. p. 284. et in Caes. Vindob. teste Ed. Brown *Itinevar.* p. 245. Exemplar Vaticanum exaratum fertur A. C. 1115.

*Bibliorum Copticor. fragmenta* MSS. habentur in Vatic. Bodlei. Reg. et Coislinaiana, Paris. bibliothecis; nec defuerunt Museo doctiss. Montefalconii instructissimo, ex quo multa se depromisse fatentur Boniourius et Wilkinsus. Magnum tamen Bodleianis Iablonskius statuit pretium. Summam enim redolent antiquitatem. Litterarum ductus, in Euangelio Ioannis reperiundi, non dissimiles sunt illis, qui in Codice IV. Euangelior. Ludouiciano animaduertuntur. Et ipsa versio, Crofio et Iablonskio iudicibus, communi longe est antiquior, ac multum ad restituendam vetustam Aegyptiorum linguam, pariter et ad inueniendam genuinam graeci textus lectionem, videtur conferre. v. *Thef. Ep. Crof.* T. I. p. 191.

*Pentateuchus Copt.* MS. Geo. Whistoni. Ille ex optimis Vatic. Parisiensium, Bodleianae, rel. bibliothecarum exemplaribus descriptus, collatus, et in latinum versus est sermonem.

*Vetus Testamentum Copticum Wilkinsii.* Quod susceptum opus, cum nesciam vtrum Wilkinsus ad finem perduxerit, nec ne? lectores meos, huius rei mecum fortasse nescios,





nescios, ad varios auctores, de hac re  
exponentes, volo delegatos. In *Hist.  
Critique de la Rep. des Lettres*, T. VIII.  
p. 428. Wilkinus Pentateuchum et Pro-  
phetas Copt. ad editionem paratos habuit.  
*Crosius* in *Thef.* d. T. III. p. 184. compe-  
rit ex Whistonorum litteris, Wilkinsium  
edere Londini V. T. Aeg. et typis iam  
expressos esse duos Mosis libros, Genesin  
et Exodum. *Iablonskius* c. l. T. I. p.  
204. haec ad Crosium: „Pentateuchum  
„Copt. accepi, quodque per te facile in-  
„telligis, magno cum gaudio perlustraui.  
„Deprehendi, Cl. Wilkinsium in hac  
„editione se ipsum superasse, et solito  
„diligentiorum atque accuratiorum fuisse.“

*Psalterium Davidis Copt.* Wilkinus ferrur edi-  
diffe, vna cum Grammatica et Lexico  
Copt. c. l. T. III. p. 34.

*Psalterium Copt. MS.* egregium antiquitatis  
monumentum, ostenditur in Biblioth.  
Reg. Berol. teste *Crosio* c. l. p. 72.

*Psalterium Dau. in lingua Copt. s. Aeg. vna cum  
versione Arab. nunc primum in lat. versum,  
et in lucem editum a M. Theod. Petraeo,*  
Lugd. Bat. sumtibus Auct. 1663. 4 mai.  
1 plag. Caue putes, in hoc libello con-  
tineri omnes Dau. Psalmos. Primus  
modo, isque vnus est, qui hic apparet.  
Ostendit tantum hoc specimine bonus  
Petraeus, quid praestare et vellet, et  
posset, si vel ope bibliopolarum sufful-





tus, vel ipse bene nummatus fuisset. In-  
sunt libello testimonia doctorum Britanniae  
hominum, quibus lectores redduntur cer-  
tiores, vere Petraeum Psalterium Copto-  
Arabicum, hocque ab se versum latine,  
possidere, ipsumque simul Lexicon Copt.  
confecisse, quibus libris edendis faustam  
tandem apprecantur Lucinam. v. *Baum-  
garten Nachr. von merkw. Büch. T. VI.*  
p. 4. 5.

*Psalmus CXIX. Coptice, cum versione Arabica,  
eaeque caractere Fessano scripta.* Donum  
Patr. Mich. Cotellae, Roma Vratislaviam  
ad Andr. Acoluthum missum, vti ex  
epistola quadam ad Leibnitium MS.  
patet.

*Psalmi CXIII. versus III.* Copt. exhibetur a  
Pfeiffero in Crit. S. p. 346. tab. L.

*Fragmenta multa Prophetarum maiorum, et Iobi,  
Iesu Siracidis, Libri Sapientiae, et alio-  
rum librorum,* in ecclesia Copt. lectitari  
solitorum, spissum *Volumen MS.* est in  
Bibliotheca S. Germ. conf. *Iablonskius*  
in *Thef. Ep. Crof. T. I. p. 175.*

*Propheta Daniel MS. Copt.* quem Boniourius  
et Wilkinsius aiunt olim in Montefalconii  
Museo se vidisse.

*Prophetas minores Coptice* ab Isaaco quodam  
Lamiro, Alsaïdano, Monacho, ad A. C.  
1176. scriptos, Nobilis quidam Hunga-  
rus de Smertnick Andr. Acolutho dederat  
dono.

*Nouimus*





*Nouum Testamentum Aegyptium, vulgo Copticum, ex MSS. Bodleianis descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit. et in latinum sermonem conuertit Dau. Wilkins, Eccles. Angl. Presb. Oxonii e theat. Scheld. typis et sumt. Acad. 1716. forma quae quarta mediana dicitur. Praemisit Wilkinsius introductionem, atque in ista de antiquitate versionis huius Copt. aliisque rebus, scitu haud indignis, exposuit. Sed versio latina editoris scater mendis, omni caret nitore, et humilitate quauis humilior, exsanguis, et saepe obscura est. Peccata Wilkinsii fere innumera larga manu notata dedit *Crosius* in *Thef. Ep.* T. III. p. 153. qui ibidem addit: „nullam „omnino paginam turpibus et foedis „linguae copticae ignorantibus vacare, et „barbarismos et soloecismos esse obuios.“ Addere liceat *Iablonskii* sententiam c. I. T. I. p. 173. cum *Crosii* iudicio conspirantem: „de Wilkinsii N. T. ex rei veritate iudicas. Ego cum nuper Euangelium S. Matthaei, S. Marci, et Acta „Apost. obiter cum versione Wilkinsii conferrem, in illa centum ferme et quinquaginta loca ex textu coptico emendavi, ut de stili barbarie nihil dicam.“ Ceterum, qui de conditione et aetate ipsius versionis copticae N. T. certior velit fieri, is adeat *Ernestium*, virum summum, in *Institut. Interpr. N. T.* p. 104. sq. et celeberr.*





celeberr. atque illustr. *Michael*em in *Intrad.*  
*in N. T.* p. 212. sq. Latet me, quod *Cle-*  
*ricus* quondam de N. T. Coptico tulit  
 iudicium. *Theoph. Sigfr. Bayerus* certe  
 in *Thes. Ep. Crof.* T. I. p. 30. miratus est,  
 Clericum tam studiosum partium Ariana-  
 rum fuisse. Quod superest, conf. de hac  
 editione Wilkinsiana *Baumgarten Nachr.*  
*von merkw. Büch.* T. VI. p. 1-4.

*Codex Euangeliorum membranaceus, cooptice*  
*scriptus a Michael*e Episcopo *Damiatensi* A.  
 Mart. 896. Chr. 1180. qui inest bi-  
 bliothecae Reg. Paris. v. *Thes. Ep. Crof.*  
 T. III. p. 134.

*Vetustissimus Codex IV. Euangeliorum, Copt. MS.*  
 quem Ludouicus S. ex Aegypto in Gal-  
 liam dicitur adportasse. Hunc *lablons-*  
*kius* Parisiis cum voluptate ingenti per-  
 lustravit. d. *Thes.* T. I. p. 191. In biblio-  
 theca PP. Orat. S. Hon. commemoratur.

*Oratio Dominica Copt.* in *Collect. Orat. Dominic.*  
 in varias linguas vers. Lond. 1700. typis  
 exscripta; in calce *Prodr. Copt. Kircheri*,  
 et *Grammat. Copt. Blumbergii* p. 85. ex-  
 stat. Exhibuit etiam eandem *Io. Cham-*  
*berläynius*, Amst. 1715. excusam. Et ab  
*Happelio* et *Fritzio* suppeditata est.

*Epistolae Paulinae Copt. addita ad marginem ver-*  
*sione arabica*, MSS. in Biblioth. reg. Berol.  
 v. *Thes. Ep. Crof.* T. III. p. 72.

*Epistola*





*Epistola Pauli ad Ephes. Copt. latine reddita a Theod. Petraeo. v. Cl. Oelrichsii Entw. ein. Gesch. der Koen. Bibl. zu Berl. p. 66.*

*Commentatores in Acta Apost. vt et IV. priora Concilia Oecum. Coptice, Roma tenet. Interpretes tamen sunt incerti, nec nominati.*

*Guil. Boniour Monumenta Coptica, Romae edita. „Nihil adhuc, dicit Crofsius Thef. T. III. „P. 74. ea lingua editum fuit alicuius pretii, „praeter Boniourii exercitationem in mo- „numenta coptica, quae accuratam illius „linguae cognitionem manifesto prodit.“*

*Athanas. Kircheri, Fuldens. Buchonii, e Soc. I. Prodromus Coptus, f. Aeg. Rom. 1636. Lingua Aeg. restituta. Oedipus Aegypt. T. I. II. III. Rom. 1652-54. c. fig. fol. Interpret. Obel. Aeg. reliqua.*

*Varia Monumenta Coptica typis expressa, et in biblioth. Reg. Franc. obuia, enarrat Catalogue des livres imprimés de la Bibliothèque du Roi. Belles Lettres. T. I. II. Paris. 1751.*

*Varia MSS. promiscuaque Coptica memorantur in vita Peirescii a Gassendo ed. p. 276. et 284. in Act. Litt. Suec. Vol. I. p. 242. in Catal. Codd. MSS. Biblioth. Hinckelm. et eruditiss. Assemani Biblioth. Or. Clem. Vatic.*

*Decapla in Psalmos, f. commentarius ex decem linguis, hebr. arab. - - - vna cum specimine linguae copticae - - - Auctore Io. Vicears, Anglo, Lond. 1655. fol. de quo*





libro vide sis *Baumgarten* c. l. T. I. p. 399. sq.

*Hexastichon Copticum*, quo Sereniss. Sax. El. Io. Georgii II. diem natalem insigniuit *Pfeifferrus*, loco appendicis annexum est *Grammaticae Blumb.*

*Theaurus Copticus* Geo. *Whistoni* promissus.

*Monumenta Coptica*, quae *Iablonskius* in doctis suis perutilibusque itineribus non exiguo numero sibi comparauit describendo.

*Ei. P. E. Iablonski* diff. de deo *Rempbah*, *Aeg. deo*, Lips. 1731. item eiusdem *Pantheon Aegypt. s. de diis ac relig. et Theol. Vett. Aeg.* Tr. quae excellentissimi ingenii, et summae eruditionis plena scripta, si quis denuo praedicare vellet, iniurius fere in ea videretur.

*Etymologia vocis Coptorum*. De hac multas eruditorum, sed vanas plerumque, sententias collegit *Dieder. Reiboldus* in diff. de *Coptorum Sacramentis*, p. 4-7. conf. huc *Allgem. Weltbist.* T. XXI. p. 22.

*Calendarium Copticum*. Obserues hic Scriptores, ad id facientes, infra scriptos: *Kircherum Prodr. C.* c. II, *Gerardum* diff. de *eccles. C. Pocockium Itinerar.* Germ. ed. T. I. p. 290. et 611. *Thef. Ep. Crof.* T. III. p. 133. *Nomina mensum Copt. arabica* v. in *Alfergani Elem. Astron. arab. et lat. ed. a Golio* Amst. 1669. p. 5. et 43. *Calendarium eccles. Copt. arab.* *Seldenus* in *Tr. de Synedr. Hebr.* III. 15. vulgauit.

*Crosit*





*Crosii observatio de voce Papa Aegyptiaca in Thef.  
Ep. T. III. p. 105.*

## CAP. II.

Recenset *Grammaticos, Lexicographos,*  
eosque, qui de lingua *coptica* aliquid sunt com-  
mentati.

*Alphabetum Copticum*, elegantissime expressum,  
extat in *Benedictinorum Nouveau Traité  
de Diplomatique*, T. I. Paris. 1750. vt  
taceam centum alia exempla, sparsim ex-  
hibita.

*Gabrielis Kunphitbaei*, Aegyptii, *Praecepta  
Linguae Cophiticae*, quae Ludou. Picque-  
sius magni aestimavit.

*Aben Kateb Keisar Grammatica Coptica*, arabice,  
ni totus fallor, scripta, quam Kircherus  
magnam partem vertit et recensuit in *L.  
Aeg. rest.*

*Abul Fragi Ben Assel Institutt. Grammat. Copt.*  
MSS. Romae latent, pariter ac illae, quas  
*Aben Dahir* conscripsit.

*Elsamenudi Grammat. Copt.* ebraice tradita, MS.  
de qua etiam Kircherus.

*Iosephi Peïromi aedificium.* Auctor fuit Mem-  
phitanus, atque in hoc aedificio nil nisi  
praecepta artis grammaticae Coptorum,  
tironibus accommodata, proposuit. Illud  
aedificium se possidere, Mullerus, Prae-  
positus olim Berol. in epist. ad Acolu-  
thum dixit.





*Wilkinsi Grammat. Copt.* edita fertur ab ipso vna cum Psalterio. v. *Thef. Ep. Cr.* T. III. p. 34. coll. T. I. p. 164. et 367.

*Io. Aug. Pfeifferi institutt. L. Copt.* quas iussu Ill. Heroinae Henr. Cath. de Gersdorf scripsit, itemque

*Guil. Boniour Tirocinium C.* lucem nondum viderunt.

*Ab. Kircheri Primitiae L. C. f. compend. Grammat.* Prodomo adiunctum.

*Christ. Gotth. Blumbergii fundamenta Linguae Copticae, in gratiam eorum conscripta, qui linguam Copto-Aegyptiacam breui facillique addiscere metodo exoptant.* Lips. litt. Takkianis, 1716. 8. *Theoph. Sigfr. Bayerus* in *Thef. Ep. Crof.* T. I. p. 22. haec fundamenta, dicit, auctoris sumtibus esse edita, quod falsum est, cum, ipso libelli titulo teste, Groschuffianis impensis prodierint. Quid? si Blumbergius ipse sumtus suppeditasset, num vero id ipsi fuisset dedecori? Addit Bayerus: auctorem sperasse, se Batauis et Anglis ob eam rem celebratum iri. Quam ieiune. Scilicet, miselli Germani, necesse est, nullam aliam ob rem aliquid litteris mandent, nisi vt placeant Batauis et Anglis, et eorum laudibus celebrentur. Profecto Blumbergius, vir alias, dum viueret, doctissimus, et, quod ad animi indolem attinet, optimus, et a vanae gloriolae cupiditate procul remotus, longe aliam suae





suae editae elucubrationis rationem reddidit in Epistola ad *Crosium*, *Thef. Ep. T. I.* p. 66. Ipsius verba habeo: „offero „linguae copticae primordia, an secundis „edita triuuis, ipse velim pro tua humanitate iudices. Fateor ingenue, *Wilkinsium*, *Amstelaedami* commorantem, „calcar addidisse, vt pristinas illas elucubrationes expuluerit euocarim. Cumque „litteratura Coptica in Germania haecenus „fere obdormiuerit, nolui diutius, quid „scrinia mea foueant, latere.“ Sed, vt ante fuit dictum, *Blumbergii* coeptis non adspirauit, neque adspirare potuit *Crosius*, communis ille tunc temporis Copticismi in Europa praeceptor, quum *Blumbergius*, aliis subsidiis orbatus, *Kircherum* fere solum bona fide sequutus sit. v. *Thef. Ep. Cr. T. III.* p. 29. 73. 74. 75. 97. Ipse vero *Crosius* tandem apponit haec: „ego plurimos legi, et studiosissime euolui codices Aegyptiacos, nec tamen profiteri auderem, me Grammaticam illius linguae talem propositurum, „in qua nihil desideraretur.“

*Scala magna*, s. *Lex. Copt. (Nomenclator)* praebetur a *Kirchero* in *L. Aeg.* restit.

*Blumbergii Dictionarium Coptico-Latinum MS.*

In praef. Grammaticae praemissa auctor eius spem fecit. Et opus, quod molitus fuit, audiuius prope ad finem perductum, et perficiendum et edendum filio priuigno





- priuigno *Frid. Lebr. Goezio*, V. D. M. traditum fuisse. Goezius autem extra omnem dubium operi colophonem additurus erat, nisi fata matrimonii minus secunda, et matura mors, fuissent impedimento.
- Wilkinsii Vocabularium Copt.* de quo *Thef. Ep. Cr.* T. I. p. 164. 360. et T. III. p. 34. videantur.
- Dictionarium Coptico-Graecum*, MS. in Biblioth. Reg. Paris. seruatur. In illo voces copticae non arabice modo, verum et graecae explicantur, teste *Renaudotio c. l. T. I. p. 175.*
- Lexicon Copt. Petraei* MS. Constat ex edito et memorato Psalms I. specimine, istud vere confectum fuisse.
- Iablonskii Catalogus vocum vet. linguae Aeg. in Coptica reperiundarum*, MS. de quo in comment. praemissa iam dictum est.
- Whistonus (Geo.)* dicitur *Lexicon Copt.* confecisse.
- Crosii Lexicon Copt.* MS. de quo non solum *Bayerus* in d. *Thef.* T. I. p. 48. testatur, verum etiam *Crosius* ipse T. III. p. 53. sq. his verbis: „absolui *Lexicon* meum Aegyptiacum, quod opus ceteris omnibus, olim a me scriptis, antepono. Iam eleganter compactum illud in museum meum retuli.“ Idem p. 55. appellat istud suum opus librum quantiuis pretii, ac, „nihil, pergit, vniquam ita elaboratum e manibus meis exiit. Prohibet „forte





„forte in lucem; certe, vt id fiat, omnem  
„operam adhibebo.“ At vero quum,  
quod ego quidem sciam, nondum publice  
prodierit, quis non eius editionem ar-  
dentissimis optet votis?

*Wilkinsii* *diss. de Lingua Coptica*, edita est; vbi?  
et quo anno? later. Non pulchre de  
hoc ingenii partu sentit *Crosius* d. *Thef.*  
T. III. p. 151.

*Io. Hageri* *comment. de Lingua Aeg.* occurrit  
in *Appar. Litter. Societat. Colligentium.*  
Collect. II. Viteb. 1717. 8. p. 370-375.  
Huius opusculi argumentum in *comment.*  
*de L. Armenia* strictim attigi. *Commen-*  
*tatiunculae* Hageri addi potest *Iac. Frid.*  
*Reimmanni antiqu. Litter. Aeg.*

*De litterarum secularium studio apud Coptos s.*  
*Iacobitas*, *Seelenius* in suo *Abudacno* p.  
13. et 64. bene exposuit.

*Georgius Koernerus*, doctissimus *Boccauiensium*  
sacerdos, multarum linguarum, tum *Orien-*  
tis, tum *Occidentis*, intelligentissimus,  
amicus eximius, *Opus* quoddam, *initia*  
*et subsidia quarumuis linguarum ostendens*,  
elaboravit, in quo etiam singulari capite  
*de L. Coptica* disputavit, eoque, se in  
ista non peregrinari, demonstravit.

### CAP. III.

Cum magnus numerus hominum christia-  
norum in Aegypto, Lybia, Nubia, Aethiopia,  
et in nonnullis Asiae regionibus degentium,  
nomine





nomine Coptorum et Iacobitarum veniat, et in praecipuis religionis rituumque capitibus consentiat; ac nos iam eo deuenerimus, vt non *scripta* tantum *Liturgica Copto-Iacobitica*, vniuerse spectata, narremus, sed et *monumenta, historiam ecclesiasticam* huius coetus *illustrantia*, recenseamus: non mirum videbitur lectoribus, si, quod res ipsa videtur postulare, praeter copticos libros, etiam alio idiomate conscriptos deprehenderit. Huc igitur pertinent Theologiae compendia, commentarii in sacram scripturam, epistolae Synodicae, Canones, Liturgiae, homiliae, preces, libri aduersus haereses, expositiones missae, hymni, symbola fidei, et alia sanctioris argumenti scripta, diligenter adnotata et recensita ab eruditissimo Assemanno in *Biblioth. Orient.* T. II. Permulti sub *Anaphorae* nomine sacra monumenta pertractare voluerunt, quorum nomina et titulos recenset *Seelenius* in suo *Abudacno* p. 63. Tres autem sunt Coptorum Liturgiae. Prima et praecipua, eademque breuissima, quaeque reliquarum duarum plerumque canon est, S. Basilio, altera S. Gregorio, tertia denique Cyrillo Alex. attribuitur. v. *Pocockii Itinerar. Tent. vers.* T. I. p. 382. Istitis triplicis generis Liturgiis nonnulli aliam insuper, eamque quartam, addidere, S. Marco, sed perperam, tribuitam. Cum vero haec in paucissimis codicibus occurrat, et ipsis Theologis aegyptiis interpolata dicatur ex Cyrilliana, atque ideo iure reiiciatur, supersedeo isti immorari. An illa





illa, quae Basilio tribuitur, Liturgia, ipsi re  
vera competat, paullisper addubitant nonnulli:  
v. Cl. *Reimbaldi* doctam de *Copt. Sacram. dissert.*  
p. 21. et de Gregoriana et Cyrilliana Liturgiis  
ibidem merito laudatam *Pfaffii* *diss. de Liturgiis*  
*eccles. Orient.* adiectam eiusdem *Institutt. hist.*  
*eccles.* Tub. 1721. 8. De canonibus, Liturgiis,  
Ritualibus Syror. Iacobitarum disseruit etiam  
*Faustus Naironus*, Banensis, L. Syr. in Archi-  
gymn. Rom. quondam magister, in *Euoplia fidei*  
*Cathol. hist. dogm.* Rom. 1694. eorumdemque  
antiquitatem praedicauit p. 106. 112. 172.  
*Ludou. Picquesius* iudicat, Catecheses, Litu-  
rgias, et id genus alia, vera esse monumenta ac  
testimonia dogmarum, eaque omnino digna,  
quae commodissime tutissimeque sciscitandis  
cuiusuis sectae orientalis placitis adhibeantur.  
Qua opera peracta minime sit necesse, vt fidem  
ecclesiae romanae sacerdotum, vti appellantur,  
missionariorum, sequamur; vtpote quos scia-  
mus plerosque incredibili suo calumniandi mo-  
ri mirum quantum indulgentes, idque sedulo  
operam dantes, vt Graecos omnes haerefeos  
infamia notent. Mirare, quaeso, mecum can-  
dorem hominis, coetui romano addicti! At  
vero hac Picquesii cautione non omne e medio  
sublatum erit periculum. Scilicet dantur et  
alii Iacobitae, ritum romanum sectantes, quo-  
rum Liturgias videbis ad normam ecclesiae ro-  
manaec correctas, vel potius corruptas. Sunt  
et insuper multi, Pontifici R. mancipati, qui  
in religionis negotio longe aliam viam ineunt.  
Isti,





Isti, vrbaniore, vt videntur, et leniores, et faciliores, vt Protestantibus simul et Graecis fucum faciant, consensum quempiam romanae ecclesiae cum vniuersa orientali, quauis occasione fingunt, vel, si maui, violenter extorquent, ideoque Liturgias corrumpunt, vel, nisi id semper faciunt, adnotationes adnectunt, quibus sensum romanum ex verbis liturgicis, summo, quo possunt, studio, et vi, et iniuria eliciant. Hoc hominum genere, dicti consensus ad furorem vsque studioso, seculum imprimis superius abundauit. Et nouissime *Muratorius* in *Lit. Vet. Rom.* veterum vestigia hac in re pressit, et, quasi esset ea latius propagandi nominis sui celeberrimi noua occasio, hoc argumentum summa quidem voluntate, sed absque omni subtilitate aut fructu pertractauit. Eiusmodi scripta controuersias non minuunt, sed augent, et patronorum suorum malam fidem aperte produnt. Nec *Renaudotius*, etsi omnium callidissime, forte etiam doctissime, easdem artes exercens, dissensionem illam perpetuam Orientis et Occidentis villo modo tollere, et lites poterit componere. Quam ob rem nullum alium suorum laborum fructum percepit, quam vt scriptor suspectus audiret cordatis hominibus. *Iablonskius* ideo me olim per litteras monuit, ne nimiam ipsi, nec vbiuis, fidem adhiberem, sed caute legerem. Sed illius, in commemorandis nunc scriptoribus Liturgicis ecclesiae copticae, primum subit recordatio.

*Eusebii*





*Eusebii Renaudotii collectio Liturgiarum Orient.*

Paris 1716. 4. II. Tom. Liturgias Basilii, Gregorii, et Cyrilli, in huius operis T. I. dedit latine, et doctis quidem, non tamen vbique fide dignis adnotationibus illustratas. „Mala, inquit *Crosius Thef. Ep. T. III. p. 18.* immo pessima fide Renaudotius in hac collectione vsus est, quem et ignorantiae et malae fidei inuicte arguo in versione Liturgiae aegyptiacae Cyrilli, etsi religionis controuersias parcius attingo,“ cer. Quin ab *Assemano* reprehensus Renaudotius est, et iustas factus et arrogantiae suae poenas dedit, c. l. p. 105. Et *Clodius* quondam pollicitus est, se diligentem fore in refutando Renaudotio. *Crosius*, vbi id comperisset, id mihi, „dixit l. c. p. 106. perplacet; pedetentim tamen procedas. Nam si ei demas praconceptas et admistas temere ecclesiae suae *νεγίας δόξας*, fat peritus est rerum ecclesiasticarum, et antiquitatis orientalis.

*Rituale Coptitarum* ap. *Allatum* in *Sym. L. I.* p. 236. Et varia Liturgica *Kircherus* et *Wanslebius* suis operibus adspersere, et aliquoties corrumpere.

*Liber ordinationum Copticar. Liturgicus* ab *Athan. Kirchero* Romae editus.

*D. Seueri*, Alexandrini quondam Patriarchae, de ritibus Baptismi et sacrae Synaxis, apud Syros Christianos receptis, *Liber*,

D

nunc





nunc primum in lucem editus, *Guidone Fabricio Boderiano* (de la Boderic) exscriptore et interprete. Antu. ex off. Chph. Plant. 1572. 4. Edidit Boderianus hunc libellum ritualem ex codice quodam Syr. MS. eoque, vt dicit, vetustissimo, in quo praeter plurima N. T. fragmenta Syriaca et hoc rituale offendebatur. Hoc sapit in multis rebus ritum romanum; nec dubiro, quin editor pro sua, qua pollebat, linguae Syriacae notitia insigni, et partium studio, multa immutauerit, et consensum aliquem ecclesiae orientalis cum papaea, hucusque passim, falso licet, iactitatum statuminare voluerit. Hanc metam certe sibi posuisse Boderianum, aperte videntur declarare haec ipsius, in epistola dedicatoria reperiunda verba: „Nec enim parum valet ad confirmandos „receptos in ecclesia romana ritus Orientalium Christianorum consensus: apud „quos non dissimiles in sacramentorum „administratione cerimonias inuenias; quae „non heri aut nudius tertius natae sunt, „nec a Pontificibus Romanis adinuentae, „vti dicunt, sed iam a multis retro seculis inter apostolicos viros in vsu fuerint.“ Quod erat demonstrandum. Animaduerti praeter alia in isto rituali additionem formulae, et a filio, cuius profecto codex MS. nisi corruptus ipse, expers fuerit necesse est. Hinc *Bayerus* in *Thef.*





*Thef. Ep. Cr. T. I. p. 23.* „ordinem, dicit,  
 „baptismi Iacobitarum, a Fabricio Bode-  
 „riano licet editum, tamen, quod differt  
 „multum ab editis, descripsi. „ *Renaudo-*  
*tius* etiam ipse in *Collect. Lit.* Boderianum  
 aliquoties notauit.

*D. Ephrem Precatio excitatoria hora absconfio-*  
*nis*, legitur in *d. Rituali p. 129. fqq.*

*Variae preces Syro-Iacobiticae*, sc. *precatio quo-*  
*tidiana*; *salutatio angelica*; *hymnus Ma-*  
*riae V. vel Magnificat*; *hymnus Simeonis*;  
*salutatio ad virg. Mariam*; *precatio ad ean-*  
*dem*; *oratio pro defunctis*; *Precatio Iesu*  
*Christi D. N. priusquam se offerret seipsum*  
*in sacrificio pro nobis Deo, Patri suo*;  
*Oratio Apostolorum beatorum*; *preca-*  
*tiones super mensam ante et post cibum captum*;  
*itemque, quando oritur sol*; *Canticum Ie-*  
*saiiae Prophetae: rorate coeli etc.* Haec  
 qualiacunque post dictum rituale adnexae  
 sunt *primis linguae Syr. elementis*, simul  
 Antuerpiae ex *off. Plant. 1572. 4. edi-*  
*tis.*

*Preca-tiones S. Iacobi (forte Nisibensis) et Ephre-*  
*mi* occurrunt in Codice quodam MS. Syr.  
 quem seruat Bibliotheca Splendidissimi  
 Senat. Lips.

*Liturgiae Syriacae Septimanae passionis Dom. N.*  
*Iesu Christi, excerptum e Cod. MS. Bi-*  
*blioth. Sen. Lips. editum ac notis illu-*  
*stratum a Io. Christ. Clodio, Haynensi, Lipsi*  
*1720. 4. Codex, ex quo haec qualia-*  
 D 2 *cunque*





cunque Liturgica Clodius in lucem pro-  
traxit publicam, scriptus est ab *Abraham*  
*Dirojo*, s. Monacho et Presbytero Iacobi-  
ta Syro. Nihil ab re me facturum putavi,  
si, quae *Crossius* super hunc libellum ad  
Clodium scripsit, hic subiicerem: „erudi-  
tus ille vir, qui in Actis Eruditorum ver-  
sionem tuam officii hebdomadis sanctae  
recensuit, post *Abrah. Ecchellensem*  
affirmat, Iacobitas admittere processio-  
nem Spiritus S. a patre et filio. Id certe  
Ecchellensis confirmare voluit fluxis qui-  
busdam probationibus, T. I. Concilior.  
Labbaei, p. 402, et 403. Falsum hoc  
tamen esse, euidenter ostendit *Renaudo-*  
*tius* Liturg. T. II. p. 219. *eam quippe*  
*additionem* etc. et p. 220. *temere igitur*  
etc. v. *Thef. Ep. Cr. T. III. p. 109.*

*Pontificale et Rituale Syr. Iacobitarum* est inter  
codices Biblioth. Vatic. Ecchellenfes. v.  
*Affemani B. O. T. I. p. 573.*

*Liturgiae ecclesiae Copticae* MSS. in Bibliotheca  
Lugduno-Bataua insunt, teste *Iablonskio*.  
*Lectioarium eccles. Copt. hebdomadis sanctae*  
MS. in Biblioth. Abbatiae S. Germ. v.  
*Thef. Ep. Cr. T. I. p. 175.*

*Volumen Precum Copticar.* MS. a Liturgiis plane  
diuersum, cui adiunguntur *Preces ad V.*  
*Mariam per totum annum dici solitae*,  
in ead. Bibliotheca, v. c. I. et p. *Iablons-*  
*kius* duo huius libri illic inuenit exempla,  
cuius alterum mirae est pulchritudinis, et  
melius





melius conscriptum, quam aliud quodquam, quod oculis suis vsurpauit.

*Liturgiae Copticae cum versione Arabica*, MSS. ex bibliotheca Steph. le Moyne in Hinkelmannianam transiere.

*Traduction de la Liturgie Copto-Arabique*, pour la placer dans la discipline ecclesiastique, par *M. Cl. Saumaïse*. iam superius de hac dictum est versione. Vide tamen sis etiam *Papillon Biblioth. des Auteurs de Bourgogne* P. II. *Renaudotii Collect.* L. T. I. p. 306. *Europe Scavante* T. XI. p. 42. *Le Brun explication des ceremonies de la Messe*, T. II. p. 478, et 508.

*Authenticas Copt. Ecclesiae Liturgias Oxoniensium* quidam eruditus Anon. 1675. promisit edendas. Idemque Wilkinsius spondit. Sed neuter promissis stetit.

*Professio fidei Claudii*, Reg. Aethiop. s. Habessinor. quam *Hiobus Ludolfus* primum in Anglia A. 1661. vna cum suo Lexico et Grammat. Aethiop. tum in comment. ad hist. Aeth. L. II. c. 6. p. 237. sq. deinde *Andr. Carolus* Memorab. Eccles. Sec. XVII. T. I. p. 798. sq. postremo separatim *Io. Henr. Michaelis* cum vers. lat. et notis, ac praef. Ludolfi, Halae 1702. ediderunt. conf. *Koecheri* Progr. de Monophysitis.

*Catechesis Aethiopum*, quam Gregorius, Aeth. Abbas, manu sua scriptam, Iobo Ludolfo reliquit. conf. huius *Hist. Aeth.* L. III. c. 5. n. 99.





*Iacobi Baradaei*, s. *Tzanzali*, Episc. Edeff. illius Iacobitarum Coryphaei, *Liturgia*, a Renaudotio T. II. Coll. LL. p. 333. latine reddita,

*Eidem Baradaeo adiudicata* falso, et ab alio potius profecta, *Anaphora et Homilia Arabica*, de annunciatione B. V. Mariae adiuncta ipsius, ut fertur, *Catechesi* MS. fol. 370. teste Asserano.

*Eiusdem Catechesis*, Arabice scripta. Sub eius certe nomine celebratur, licet procul dubio alium agnoscat auctorem. Haec syriacis litteris exscripta offenditur cum prioribus libellis in Biblioth. Colleg. Maronitar. urbis Romae. Ex ea quaedam protulerunt Ecchellenfis et Naironus.

*Iuliani*, Patriarchae Alex. *disputationes et sermones ad sanctos* laudant *Seuerus* et *Renaudotius*, sine dubio vel coptice, vel arabice, vel graece scriptos, v. *Rehkopsii* V. C. nott. super Specim. III. de Patr. Alex. p. 36.

*Mosis Mardeni*, Iacobitae, *Professio fidei*, in *Biblioth. Patr.* Paris. T. IV.

*Dionys. Barsulibaei*, Iacobitae, Amidae in Mesopot. Episc. *liber arab. de modo celebrandae et suscipiendae Eucharistiae*. v. *Asserani* B. O. T. I. p. 19. et *Renaudotium* c. I. T. I.

*Dan. Barphaulos* *Dialogus inter Melchitam et Iacobitam de trisagio*, citatus a Reimboldo.

*Professio*





*Professio orthodoxae fidei, Lar. et Coptice, Romae 1648. 4.*

*Homiliae et Preces Aethiopicae MSS. latent in Biblioth. Reg. Berol. v. Cimelia biblioth. Reg. Berol. aethiopica descripta, quae ex schedis haecenus anecdotis edidit et praefatus est S. Reu. Wincklerus. Erl. 1752. 8.*

*De laudibus Iacobitarum, s. de fide Syrorum, MS. in collegio Maronitar. Romae servatur.*

*De ordinationis ritu Iacobitico, Morinus de sacris Ordinatt. P. II. p. 402 sq. qui ipsius etiam Syrorum Iacobitarum ordinationis, (quae plenius haberi potest in Pontificali Iacobit.) compendium syr. et latine dedit, notisque eruditis illustravit, p. 406. sq. idem et Coptorum Ordinationes latine exhibuit p. 442. sq. conf. Seelenii Abud. p. 43.*

*Num ordinatio Iacobitarum vim apostolicam, vel auctoritatem legitimam habeat? Disceptatio Renaudotium inter, hoc negantem, et Assemanum, hoc affirmantem, in ei. Seelenii Abud.*

#### CAP. IV.

*Sequuntur Scriptores historiae ecclesiasticae Copto-Iacobiticae.*

*De Iacobo Baradaeo, s. Zanzato, et compellatione Iacobitarum, ab eo profecta, v. Assemani B. O. T. II. et alios scriptores, a Reimbodo c. l. p. 7. allatos, nec non*





- Vnſch. Nachr.* 1702. p. 743. ſq. *Vitam Baradaei Seelenius*, ex *Aſſemano* excerptam, praemiſit *Abudacno*.
- Io. Aymonii Monumens authentiques de la religion des Grecs, et de la fauſſeté des pluſieurs confeſſions de foi des Chrétiens Orientaux*, Hag. Com. 1708.
- Breuis conſpectus Theologiae Iacobiticae*, ſcite et candide conſectus a celeberr. *Koechero*, in libro, quouis elogio maiore, qui inſcribitur: *Abrifs aller Religionen*. Ienae 1753. 8. p. 128-131. et p. 131-139.
- A. Windborn Einleitung in die Aethiopiſche oder Habeffiniſche Theologie*, Helmſt. 1719.
- Io. Godof. Oertelii Theologia Aethiopum*, Vireb. 1746, v. *Acta Erud. Supplem. T. VIII. Sect. 3.*
- Anon. de Iacobitarum et Chatzitzaeorum (vel Chazinzariorum) haereſi*, in *Combeſſii Auctar. Bibl. Patr. T. II. p. 261*. Obſerues hic, Armenios dictos hic eſſe Chazinzarios vel Chatzitzaeos ideo, quod crucem Domini colant.
- Io. Damasceni ſcripta contra Iacobitas*, in eius *Opp. T. I. p. 397*.
- Demetrius Cyzicenus de Iacobitis et Chatzitzaeis*, in *Biblioth. Patr. Max. T. XII. p. 813*.
- Anathematismus haereſeos Iacobitarum Chazizaeorum*, MS. in *Biblioth. Vindob. Caef. reſte Lambecio*, apparet.
- Io. Bap. Sollerius de initiis, erroribus, et inſtitutis Copto-Iacobiticis expoſuit in append.*

ad





ad *Tr. de Patriarch. Alex. Antu.* 1708. edit.  
et insert. *Act. Sancto.* M. Jun. T. V. p.  
108. fqq.

*Quaestiones et Confessio contra Iacobitas*, MS.  
Graec. in Biblioth. Loefcher. T. III.  
p. 701.

*Euty chius Batricides*, s. vt alias vocatur, *Said Ebn Batrik*, vel *Anba Euty chius*, medicus celebris, et Patriarcha Alex. circa A. 923. scripsit *annales*, arab. et lat. edit. ab *Eduardo Pocockio* Oxon. 1656. Cerrum est, quam quod certissimum, in antiquitatibus ecclesiasticis nihil, aut parum veri apud scriptores Arabes occurrere, atque sic quoque multa inepta his Euty chii annalibus inesse; v. *Thes. Ep. Crof.* T. III. p. 106. Nonnulla tamen, eaque vera, quaeque aliunde non constant, peti posse ex his annalibus, recte iudicat *Caluocrius* in *Fiff. Sion.* p. 1089.

*Eiusdem Euty chii ecclesiae suae Origines* ex arabico edidit, ac versione et commentario auxit *Io. Seldenus*, Lond. 1642. 4. v. de hoc opere *Niceronii Memorias viror. doct.* Teut. ed. T. V. p. 187.

*Gregorius Bar Hebraeus*, s. *Apulpharajus*, scriptor Iacobitarum, Affemano iudice, facile princeps, et accuratus plerumque rerum Iacobiticarum conditor, et ob id nomen omnibus doctis notum et laudatum. Est eius *symbolum fidei* ap. Affemanum in B. O. T. II. c. 42. p. 277. *Theologia*, s. D 5 cande-





candelabrum sanctorum de fundamentis eccles. ibid. p. 291. *Chronicon Syr.* in III. Partes diuisum, sc. chronicon Patrum et Regum, Chron. Patriarcharum Antioch. et Iacobitar. Chron. Primatumum Patriarch. et Maphrianor. Orient. Huic quodammo- do addi possunt *Patr. Ebn. Rabe* et *Al Makin* varia monumenta, monente Baum- gartenio.

Io. Sollerii *Tr. historico-chronolog. de Patriarchis Alex.* Antuerp. 1708. fol. recens. in *Act. Erud.* ad A. 1709. p. 536. sq.

Io. Mich. Wanslebbii *Relazione dello stato presente dell' Egitto*, Paris. 1670. et 1671. *Nouvelle relation en forme de Journal d'un voyage fait en Egypte*, A. 1672. et 1673. Paris. 1677. *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie, que nous appellons celle des Jacobites Coptes d'Egypte.* Multa ad huius auctoris, ab ecclesia euangelica ad romanam transfugae, vitam pertinentia, legas quaeso in *Ern. Sal. Cypriani*, Theologi illius quondam summi, *Catal. Codd. MSS. Biblioth. Goth.* vbi p. 46. sqq. volumen, acta cum Wanslebbio complexum, recensetur, et vel propterea memoratu dignum, quod scriptis Wanslebbii inde multum lucis conciliatum est. Conferas etiam *Niceronii memorias* Teut. ed. T. III. p. 152. et S. R. *Welleri Altes aus allen Theilen der Gesch.* P. VI. p. 764. Omnes Wanslebbii libri, de verissimo Mos- hemii iudicio, nunc admodum rari sunt.

*Rich.*





*Rich. Simon* *histoire critique de la créance et des coutumes des Nations du Levant.* Frf. 1684. 12. Liber, si quaedam exceperis, lectu dignus.

*Ios. Simonii Assemani*, Syri Maronitae, S. T. D. atque in Biblioth. Vatic. L. L. Syriacae et Arab. scriptoris, *Bibliotheca Orientalis Clementino - Vaticana* etc. T. I. Romae 1719. T. II. 1721. T. III. P. I. 1725. P. II. 1728. fol. Istud insigne, et omnium eruditorum laudibus celebratum, opus, omne fert punctum in historia Iacobitarum, si demas quasdam res, auctori et suae religionis placitis proprias, ea tamen, qua par est, prudentia et modestia. Non alienum a re, puto, erit, si *Crossi* duo illustria de hoc opere testimonia, in *Thef. Ep.* T. III. p. 174. et 77. obuia, hoc, quo fieri potest commodissime, loco adducam. „Nullius, dicit, umquam scripti „lectione tantopere delectatus sum, tum „propter exquisitam scriptoris eruditio- „nem, cum admirabili modestia coniun- „ctam, tum ob catalogos MSS. Orient. „qui ante paucos annos cura praecipue „istius Assemani in Vaticanam Bibliothe- „cam delati sunt ex Syria, et ex monasteriis „Aegypti. Inter eos octodecim tantum- „modo Aegyptii recensentur, fere omnes „in membrana descripti. - - - - De „bibliotheca ista orientali ita iudico, vt „auctoris candorem satis admirari non „possim.





„possim. Nonnunquam labitur; sed quis  
 „in tam longo tractu id effugere possit?  
 „Nimium certe tribuit ecclesiae romanae,  
 „cuius stricte addictus est sententiis; cete-  
 „rum eius modestiam laudaueris, si eam  
 „conferre velis cum scriptis Abr. Ecchel-  
 „lensis eius popularis.” Quod reliquum  
 est, vide de hac Bibliotheca *Baumgar-  
 ten Nachr. von merkw. Büch. T. V. p.*  
*121. sq. et Seelenii praef. ad Abudacnum*  
*p. 23.*

*Mat. Veyss. la Croze Histoire du Christianisme d'*  
*Ethiopie et d' Armenie, Hag. Com. 1739.*  
 8. Librum docte scriptum, et lectu vtilem  
 et iucundum, germane loqui fecit quidam,  
 et edidit Dant. 1740. 8.

*Le Quien Oriens Christianus, Paris. prodiit*  
 1740. II. Partt. Nostro instituto inprimis  
 inferuiunt, quae p. 1343-1358. scri-  
 pra vides.

*Henr. Benzellii, Archiepisc. Vpsal. et S. T. D.*  
 et Prof. in ista Acad. nuper celeberrimi,  
*Hodoeporicon Orientale MS. in quo, nar-*  
 rante amico quodam docto, multa singu-  
 laria de eccles. Copto-Iacob. traduntur.  
 Veniam in lucem tandem vocetur liber!  
 Interim consulatur eius *Syntagma disser-*  
*tatt. a Kappio Lips. 1745. 4. edit.*

*Monophysitarum de Persona et naturis Iesu Christi*  
*doctrina. Hoc programme, ad pie ce-*  
 lebrandos natalibus D. N. I. C. sacros  
 dies, in Acad. Ien. 1751. publice edito,  
 celeberr.





celeberr. *Koecherus*, Theologus in hac litterarum Vniuersitate cum insigni laude sacras docens litteras, dogma istud, prout ab ecclesia Copto-Iacobit. hodie receptum est, tam sapienter et erudite proposuit, vt omnes boni. et a partium studio alieni, ecclesiam hanc, de peruersa, de vna in Christo natura, doctrina, simpliciter postulare nefas ducant. Etenim in ista prolusione multi ecclesiae Iacobiticae doctores de incarnatione Filii Dei verba faciunt, sic, vt a vera, de duabus illius naturis, vna persona copulatis, doctrina, propius abesse videantur. Et hoc nomine S. Reu. et eruditissimo Viro simul meum testor gratum animum, quod me, hac in re olim de Iacobitis duriuscule sentientem, et mecum multos alios, ex allatis documentis authenticis et fide dignissimis, humaniter correxerit.

*Io. Baltb. Iacobi*, A. M. et S. T. Bacc. ad d. Nic. tunc Concionat. Sabb. *diff. hist. de Secta Iacobitarum*, Lips. 1685. 4. Constat ea tribus capitibus, quibus ortus, progressus, et dogmata, nec non ritus praecipui docentur. Multum auctor videtur adiurus fuisse ab Abudacno, Etychio, praecipue et Gerardo.

*Io. Ern. Gerardi*, S. T. D. et Prof. olim in Acad. Ien. post fata quoque omni laude maioris, *exercitatio theologica, Ecclesiam Copticam, h. e. Christianorum Aegyptiorum, ortum,*





ortum, progressum, et praecipua doctrinae capita, repraesentans, auctore resp. Franc. Wilb. a Ramshausen, Ienae 1666. 4. Gerardus, suafu amici sibi Ludolfi litteras Orientales miro, nec infelici studio, sectatus, hac dissertatione peregrinorum industriae documentum et eruditionis edidit. Non spernenda sunt, quae simul de lingua et Calendario Coptorum hac sua aetate differuit.

*Etat présent de l' Eglise Romaine, par Mr. Urbano Cerri, Secretaire de la Congreg. de Prop. Fide, Amst. 1716. 8. Primum genuinumque exemplar, Italico sermone confectum, nullibi fere, nec in bibliothecis celebrioribus, potui inuenire. Nota est praeter hanc gallicam versio belgica, hoc titulo insignita: *Vrban Cerri Staat van de Roomsche Catholyke Religie door de geheele Wereld.* Praesenti versioni gallicae ingeniosissimus et acutissimus Rich. Steelius praemisit epistolam ad Clem. XI. P. R. Huius editionis exemplar quoddam, Crofii, sui olim possessoris, manu notatum, et nonnullis eiusdem animaduersionibus illustratum, ac passim correctum, celeberr. Kappius, fautor meus, dum viueret, insignis, iure emtionis possederat, et mecum benigne communicauerat. Ad Cerrium ipsum quod attinet, ille vel prudens et bono consilio, vel, quod ego quidem magis crediderim, imprudens*





prudens et fide simplici, multas res pro-  
 dit, inter Orientales Christianos ac missos  
 ecclesiae romanae sacerdotes eo tempore  
 gestas, easque, tum sedi romanae, tum  
 consensui illi iactato, contrarias, imo  
 Romanis partim dedecori cedentes. *Bay-  
 erus* in *Thef. Ep. Cr.* T. I. p. 46. haec di-  
 cit; „nescio, quid suspicarer de libro  
 „illo. Dicamne, supposuisse aliquem  
 „illum? Sunt sane aliquanto arcaniora,  
 „quam vt verosimile sit, Romanos tam  
 „incurios in seruandis illis fuisse. „ Et  
*Crosius* ib. T. III. p. 52. „Cerri liber  
 „gallice ex Italico ante aliquot annos  
 „prodiit, in quo ex Archiuus Societatis  
 „de Propaganda fide status ecclesiae ro-  
 „manae per orbem vniuersum describi-  
 „tur. Liber est egregius, sed ex vitioso  
 „exemplari Italico in gallicam linguam  
 „versus, seu potius in Anglicam,  
 „vnde Gallicus factus est, non sine vitiis,  
 „quorum maximam partem in exemplaris  
 „mei marginibus emendaui.“

*Sigm. Iac. Baumgarten Abrifs einer Geschichte der  
 Religionspartheien*, Halae 1755. 8. p.  
 126-137. et *Koecheri vollstaendiger Ab-  
 rifs aller Religionen*, Ienae 1753. 8. p.  
 13. 14. Hoc par egregium theologorum  
 in his aureis libellis de rebus huc facien-  
 tibus more suo, id est subtiliter, accu-  
 rate, et docte exponit.

*Sanctorum*





*Sanctorum Concilior. et Decretor. Collectio Noua,*  
edita ab *Io. Dom. Mansi*, fol. 1751. T.  
V. ab A. 1415-1600. imprimis consu-  
lendus.

*De diuersis rebus Iacobiticis* differit *Hottinger*  
in *Hist. Or. Tig.* 1660. p. 345-348. et  
in *Biblioth. Or. Heidelb.* 1658. p.  
84-86.

*Ad. Wildii* *diff. de ecclesia Coptica*, praef.  
*Dannhauero*, habita Argent. v. *Lilienthal*  
*Fortgef. Theol. Bibl. P. XII.*

*Ein kurzer Bericht der vornemsten Ketzter vnd*  
*Setten, so vom Anfang der Welt bis auf*  
*vnser Zeit neben der wahren Religion*  
*in der christlichen Kirchen sich ereuget,*  
*vnd eingedrungen.* A. 1592. confectus  
Cod. MS. quem vidi in *Biblioth. Ven.*  
*Neumeisteri*, Past. ad d. *Annae Dresd.*  
*fauoris optimi.* Et hic nonnulla, recor-  
dor, de Copto-Iacobitis iuueniri.

*Herrn Pocockes Beschreibung des Morgenlandes,*  
*aus dem Englischen ins Deutsche vbersezt*  
*vom Herrn von Windheim*, II. Tomi, 4.  
*Erlangae.* Tomo II. praemissa est prae-  
fatio *Moshemii* eruditissima, qua non-  
nullae res Iacobiticae mirifice illustrantur,  
et loca quaedam *Pocockii* corriguntur.  
Huic auctori, ob argumenti similitudinem,  
licet hic adiungere: *d'Arvieux Memoires*;  
*Maillet description de l'Egypte*; et *De-*  
*scription historique et Geographique des*  
*Plaines*





*Plaines d' Heliopolis et de Memphis par Mr. Fourmont, Paris. 1755. 12.*

*Phil. Solitarii Commentat. de fide et cerimoniae Iacobitarum, MS. in Biblioth. Caes. Vindob. v. plura in Seelenii Abud. p. 20. sqq.*

*Historia Iacobitarum, s. Coptorum, in Aegypto, Lybia, Nubia, Aethiopia tota, et parte Cypri insulae habitantium, opera Iosephi Abudacni, s. Barbati, nati Memphis, Aegypti metropoli. Oxon. e theat. Scheld. A. Dom. 1675. 12. pagg. 73. Non Widekindus solum in Partic. I. des Verzeichn. rar. Büch. p. 10. sed celeberrimus Lessingius etiam Operum suorum, limatissimi acutissimique ingenii et eruditionis plenissimorum, P. II. p. 250. sqq. aliam Abudacni editionem, non vero forma duodecies complicata, vti nostra, sed quarta comparentem, eodem tamen anno et loco impressam, contendunt. Diuersitas haec pomum quoddam eridos tulit, id quod omnibus historiae litterariae amantibus satis innotuit. Formam libelli rarissimi duodecimam apud se tenentes, quartam dari fere negauerunt, et, vice versa, quartam possidentes, noluerunt concedere duodecimam adesse. Ego, si, quid de hac lite litteraria existimen,*





istimen, palam profiteri iubeat: res fere eo reditura est. Formam duodecimam, puto, primam omnium esse editionem, eamque notiozem. Hanc ipse possideo, et, dum haec scribo, saepissime lectam iterum manibus tero, et oculis meis vsurpo. Itaque neutiquam e rerum natura exturbanda est. Non tamen abnuerim, fieri potuisse, imo et vere factum esse, vt editio libelli, tunc temporis tam auide emti, et cum summa voluptate excepti lectique, vno fere tempore, et altera vice, et quidem forma, vt aiunt, quarta, denuo insequeretur. Quare lubentissime adstipulor Lessingio celeberrimo, formam quartam, abs se recensitam, adstruenti. Quid? quod auctor anonymus *Thesauri Nou. Biblioth. Litt. Vniu. Real.* quem *Ortlobium* fuisse existimo, in istius *Thesauri Specimine*, ab eruditiss. celeberrimoque *Clodio*, Biblioth. Elect. Dres. praefecto, ante aliquot annos edito, p. 14. nobis narrat, historiolum Abudacni itidem Oxonii annis 1677. et 1685. 12. fuisse editam. Ceterum vide *Journal des Scavants* 1678. p. 169. *Clement Biblioth. Curieuse Historique et Critique* T. I. p. 18. vbi plures auctores, Abudacnum recensentes, videbis numeratos.

*Historia*





*Historia Iacobitarum, s. Coptorum, op. Ios. Abudacni.* Libellum rarissimum recudi curavit, praefatione, vita Iac. Baradaei, et notis auxit *Io. Henr. a Seelen*, S. T. Lic. et Gymn. Lubec. Rect. Lubecae 1733. 8. v. *Act. Erud. Supplem. T. X.* p. 466. *Altes und Neues etc. 1733.* p. p. 629. aliosque. Seelenius in praefatione varios circa Abudacnum errores eruditorum detexit, et meliorem omnino ceteris omnibus illius suppeditavit notitiam. Vita Baradaei lectu iucundissima accessit, qua re magnam ab lectoribus iniit gratiam.

*Ios. Abudacni Hist. Iacobitar. s. Copt. etc. cum annotatt. Io. Nicolai.* Vulgavit nunc primum *Sigeb. Hauercampus*, Lugd. B. 1740. 8. v. *Acta Erud. Suppl. T. VII. Sect. 6.* Bonus Nicolaus plerumque hausit ex riuulis Gerhardinis, id quod iam olim ostendi. Et non ita pridem, quantum memini, cuidam spectatae auctoritatis et eruditionis viro audiuit plagiarius non infimae fortis.

*Carl Heinrich Tromlers Abbildung der Iacobitischen oder Coptischen Kirche, nebst einer Vorrede Io. Geo. Walchs.* Ien. 1749. 8. Conatus hic meus iuuenilis, non Abudacni solum historiam comprehendit, sed mul-





ta etiam alia, ex variis auctoribus congesta, et in iustum ordinem redacta. Quo tempore libellum confeci, Seelenius, de Abudacno tam bene meritus, me, quod doleo, latuit; quem si et alia, iam mihi probe perspecta, nouissem subsidia, libellus forsitan melior futurus fuisset. Sed hoc forte nomine, et quia iuuenilis labor fuit, quicquid deliqueram inuitus, benigne indulserunt mihi viri docti magno numero, et in Nouis suis Litterariis non sinistre de eo indicarunt. Cl. *Clemens* in *Bibliothèque C. H. et Crit.* T. I. vitam, dixit, Abudacni accessisse, quod neutiquam a me factum constat. Praefatio eruditissima *Venerabilis Walchii*, Theologi illius summi, ac praeceptoris mei aeternum suspiciendi, praesentem ecclesiae Iac. statum declarat, cum aliis rebus scitu dignis.

*Nouveaux Mémoires des Missions de la Compagnie de Jesus dans le Levant.* Octo Tomi, si recte memini, prodierunt huius operis.

*Compendium Historiae Eccles. Gotbanum* non vulgaria suppeditare scio.

*Io. Laur. Mosheimii de Lumine Sancti Sepulchri Progr.* Helmst. 1736. 4. Insertum postea est Tomo II. *Dissertat. ad Hist. Eccles.*  
per-





pertinent. p. 211. sqq. Argumentum huius dissertationis valde augeri potest ex *Caroli Thompsoni* Hodoeporico Palaest. quod Teutonice versum reperitur in *Collectione Monumentorum, Historiam illam Vniuersalem*, ab diuersis auctoribus Britannis concinnatam, et teutonice a Baumgartenio multis Tomis, iamque ab S. V. eruditissimoque Semleró editam et continuatam, *partim illustrantium, partim et augentium* T. I. Huc transfer quoque non immerito, quae de *Ali Ibn Hosein* in Hortingeri Biblioth. Or. p. 204. narrantur.

*Diederici Reimboldi*, Hamburgensis, *diss. de Coptorum Sacramentis Baptismi atque Eucharistiae*, Lips. 1736. 4. Cl. Reimboldus optima probatissimorum auctorum testimonia cum delectu conegit, et in pulchrum redegit ordinem, adeo, vt eius dissertatio et delectet, et profit.

*De Pane fermentato Coptorum in S. Eucharistia: Pocockius* c. Op. T. I. p. 293. *Reimboldus* c. l. p. 22. et scriptores in eam rem ibi appellati consulantur.

*De circumcissione Coptis hodiernum adhuc vsitata, Reimboldus* p. 5. 13. *Pocockius* T. I. p. 278. ne negligas etiam, quae *Saurinius*  
E 3 *Disc.*





*Disc.* p. 355. 363. 366. ex antiquitate  
promitt.

*De Sacramento extremae unctionis*, scriptores ab  
Seelenio allati p. 47. addatur *Pocockius* T.  
I. p. 382.

*De Ieiuniis*, *Seelenius* p. 55-57. passim et  
*Pocockius* et *Moshemius* in praef. p. 28.

*Abu-laibsan Ahmed Calcasendie Tr. de Coptita-  
rum festis.* Auctor septem maiores dies  
festos, et totidem minores memoravit,  
v. *Hottingeri* Bibl. Or. p. 253.

*De ritibus nuptiarum solennibus*, *Seelenius*  
passim. conf. Coup d'oeil Anglois sur les  
cérémonies du mariage avec des notes et  
des observations historiques etc. Gene-  
uae, vel potius Lutet. Paris. 1750.

*De liquore Zebib, in sacra Synaxi adhibito*,  
*Pocockius* T. I. p. 384. Id genus vini  
Graeci appellauere *vina deuterias*.

*De sacro unguento, s. chrysmate, quod alias*  
*Meiron* vel *Merian* vocant, *Pocockius* T.  
I. p. 381. collatis iis, quae *Moshemius* in  
praef. T. II. p. 30. super id disputauit.

*De tentata vnione Romanae ecclesiae cum Orien-  
tali, vniuersè et speciatiim spectata, v.*  
*Vnsh.*





*Vnſch. Nachr.* 1702. p. 743. ſqq. 819.  
ſqq. *Reimboldum* p. 12. ſqq. *Seelenium* p.  
16. ſqq. *Io. Simonem* Synopf. hiſt. eccleſ.  
Sec. XVIII. p. 12-16-18. 30. et *Append*  
ad meam Eccleſ. Iacobit.

*Gregorii IX. P. R. literae ad Patriarcham Iaco-*  
*bit.* cum aliis ex membrana veruſta, editae  
a *Io. Frid. Gühlingio*, S. T. D. et Praefule  
Chemnicenſi. Chemnicii 1757. 4. Co-  
dicem hunc membranaceum quarti ordinis,  
ſeculo XIII. ineunte ſcriptum, et foliis  
92. priuilegia complexum, quibus Ponti-  
fices nonnulli rem Dominicanorum vltra  
modum auxerunt, poſſidet ipſe S. V. et  
eruditiffimus auctor, fautor ſummopere  
colendus. Ex eo itaque diſtas litteras  
depromſit, multum inferuientes hiſto-  
riae, de illa toties tentata et iactata eccle-  
ſiae romanae cum Iacobitica vnione non  
minus, quam de inſigni illo et fraudum  
pleno Romanorum, Iacobitas in gremium  
ſuum rapiendi, ſtudio. Gühlingius  
praeterea litteras iſtas doctis illuſtrauit  
obſeruationibus.

*Caef. Baronii narratio legationis eccleſ. Alex. ad*  
*apostol. ſedem*, quomodo Patriarcha Alex.  
ſeſe cum ſuis eccleſiis Clementi VIII. P.  
M. ſubiecerit. Colon. 1598. *Legationes,*  
*Alexandrina et Ruthenica, ad Clem. VIII.*  
Ingolſt. 1595.





*Hiobi Ludolfi Hist. Aethiop. A. 1681. Commentarius etc. 1691. et appendix 1693. v. Baumgarten Nachr. von einer Häll. Biblioth. T. IV. et conf. Callenbergii commemorat. conatum Ludolfi circa eccles. Orient. salutem inde ab A. 1683. ad medium usque Nou. A. 1697. Halae editam. Renaudotius, inuidia agitatus, optimos Ludolfi conatus vituperauit. Sed Hagenses apologiam pro Ludolfo contra eius obreclatorem publicauere. v. Thes. Ep. Cr. T. I. p. 173. Ioach. le Grand itinerario Hier. Lupi adiecit dissertat. in quibus vnum hunc visus est scopum habuisse sibi propositum, vt famam Ludolfi lacefferet, et Renaudotium vindicaret. Sed operam et oleum perdidit, c. l. p. 209. Verumtamen Crosius Ludolfi merita aduersus Renaudotium denuo vindicauit strenue, c. l. p. 235. et apologiam scripsit, quae Io. Chph. Wolffio tantopere arrisit, vt d. l. T. II. p. 155. ad auctorem scriberet haec: „legi Apologiam tuam contra Renaudotium. Non pepercisti nec salibus, nec acumini, nec doctrinae, neque „puto quicquam superesse, quod addi „possit.“ Crosius autem T. III. p. 127. haec fatur: „modeste sane, mea quidem „sententia, cum Renaudotio egi. Super- „sunt enim in eius historia Patriarcharum „Alex. infiniti errores, de quibus admo- „nere*





„nere piguit, quod ad Ludolfi defensio-  
nem minime pertinerent.“

*Matth. Dresseri Orat. de statu eccles. et relig.  
in Aethiopia sub precioso Ioanne, Lips.  
1584. 8.*

*Damiani a Goes fides, religio, moresque Aethio-  
pum, Lugd. B. 1582. 12. Ei. legatio ma-  
gni Indorum Imperatoris Presbyteri Ioannis  
ad Emanuelem, Lusit. Regem.*

*Nicolai Godigni de Abassinorum rebus, deque  
Aethiopiae Patriarchis Io. Nonio Barreto,  
et Andr. Ouiedo, Libri III. Lugd. 1615.*

*Hieron. Lobo relation historique d' Abessinie,  
traduit du Portugais, continuée et aug-  
mentée de plusieurs dissertations, lettres  
et memoires. De hac relatione et adie-  
ctis Grandis dissertatt. supra dictum est.*

*Abu-Sabal, cognomento Al Armeni hist. eccle-  
siar. in Aegypto, Nubia, Aethiopia, et  
Libya, MS. arab. in Biblioth. Reg. Paris.  
locum tenet.*

*De titulo Patriarchae Coptici, v. Bechmanni No-  
tit. dignitat. Illustr. p. 386.*

*Euseb. Renaudorii historia Patriarcharum Alexan-  
drinorum Iacobit. a D. Marco vsque ad  
E 5 finem*





finem Sec. XIII. Par. 1713. 4. Praeter sententiam, a Crofio superius de hoc libro latam, v. *Act. Erud.* 1714. p. 489. sqq. *Vnſch. Nachr.* ad d. A. p. 997. *Theſ. Ep. Cr. T. I.* p. 9. T. III. p. 18. 39. et. 123. *Baumgarten Nachr. von einer Hall. Bibl. T. IV.*

*Liber Sanctorum Patriarcharum (Alex.) quae prima pars est, continens quadraginta sex patriarchas, MS. Arab. trecentis quin-  
quaginta foliis, in forma paulo minore quarta, constans. Vitae, quae in hoc codice continentur, Patriarcharum, ex Patris Macarii, aliisque Thebaidos monasteriis petitae, et a Diacono quodam Coptico, Mich. Nadiro, ex coptica lingua in arabicam versaе sunt. Series Patriarcharum non a Marco Euangelista, ecclesiae Alexandrinae fundatore, cuius vitam alio se commentario descripsisse auctor meminit, incipit, sed ab Aniano, secundo Patriarcha, et pertinet vsque ad Chailum, Patr. XXXXVI. Primae Patriarcharum vitae breuiores, ceterae autem longiores sunt. Vide Clodium de his differentem rebus in recensione breui huius Cod. quae habetur in Act. Erud. 1727. p. 285. sq. Biographus auctor sine dubio fuit Severus, filius Mofae, Episcopus Asmonaeorum, patria Aegyptius, vti Cl. Rehkopsius*





*Rehkopffius* perspicue ostendit. Huius libri exemplar quoddam, ab Renaudotio in historia patriarchar. vsurpatum diligentius, seruatur in Biblioth. Regia Parisiensis. Hic vero noster codex ex Bibliotheca Salvan Till transit in bibliothecam Vffenbachianam, eumque Clodius d. l. recepit, ac sua manu ex isto vitas nonnullorum Patriarcharum descripsit, quas cum celeberrimus Reiskius ex libris Clodii nactus fuisset, communicauit tandem cum Rehkopffio, in Arabicis discipulo, tanto doctore dignissimo, qui, vt iam videbimus, illas edidit.

*Vitae Patriarcharum Alex. V. Specimen I.* edidit arabice, vertit latine, notasque adiecit *Io. Frider. Rehkopff*, A. M. ad d. Paul. Conc. Vesp. Lips. (nunc Ricobacensium Archidiaconus) Lips. 1758. 4. *Vitae Patriarchar. Alex. V. Spec. II. Spec. III.* eod. a. ibid. 4. Tam erudite accurateque commentatus est in his speciminibus super *Seuerum Rehkopffius*, vt optandum sane esset, totum opus tam pulchre, vr coeptum fuit, absolui. conf. *Nou. Litt. Lips.* ad A. 1759. p. 31. sq.

*Vita Eulogii*, Patriarchae Alex. extat in P. XVIII. histoire des auteurs sacrés et ecclesiastiques, par le R. P. Dom. Remi Ceillier.  
Samue-





*Samuelis, Patriarchae Alex. epistola ad Annam Reginam M. Britanniae, teutonice versa legitur in Alberti epistolis, res Britannorum narrantibus, P. IV. p. 1132-1141.*

*De annulo cuiusdam Patriarchae Alex. Pocockius T. I. p. 301.*

*Petri Boshii, S. I. Tractatus historico-Chronologicus de Patriarchis Antiochenis, tam Graecis, quam Latinis, imo et Iacobitis, vsque ad sedem a Saracenis euerfam, Antu. 1725. v. Acta Erud. ad A. 1726. p. 197. sqq. Post Boshium seriem et notitiam horum Patriarcharum vsque ad A. 1721. dedit Assemanus B. O. T. II. p. 321. sqq.*

*De Petro Ignatio, Syro-Iacobitarum Patriarcha Antiocheno, narratio Dadichi, Aleppo-Antiocheni, in Thes. Ep. Crof. T. I. p. 43.*

*Lettres anecdotes de Cyrille Lucar, Patriarche de Constantinople, et sa confession de foi etc. avec des Pieces diverses, touchant la Créance des Grecs modernes, Amst. 1718.*

*De Maphrianis, Orientis primatibus, nota quaedam in Seelenii Abudacno, p. 14.*

*De*





*De Episcopatus, Patriarchae Alexandrino quondam, et nunc subditis, v. Pocockius T. I. p. 423-425. et praef. Moshemii ad T. II. p. 35. sq. Fabricii Salut. Lux Eu. p. 737. et 740.*

*De diuersis Monachorum apud Iacobitas generibus, Assemanus diff. de Monoph. §. X.*

*Euagrius de Monachis Aegyptiis, penes Moshemium fuit, quem omnes adhuc periisse censuerant, v. Thef. Ep. Cr. T. I. p. 304. Moshemius Euagrium Lutetiam Parisiorum ad celebrem quemdam ex familia Benedictina virum iussit migrare, hac conditione, vt cum aliis eius generis monimentis prodiret. Incertum vero est, vtrum ad hominem, tunc temporis fortasse mortuum, perueniret, an vero in itinere perierit. c. I. T. III. p. 293.*

*De undecim in ecclesia Iacobit. ordinibus differit Assemanus c. I. §. X.*

*De sacerdotibus Coptorum, Moshemius praef. T. II. Op. Pocock.*

*De celebrioribus Iacobitarum in Mesopot. Syria, Palaestina, Cilicia, Euphratesia,*





tesia, Aegypto, et Armenia, *monasteriis*, Affemanus c. l.

*De St. Damiana, sive Gemiana, eiusque monasterio*, Moshemius c. l. p. 16.

Multis adhuc aliis libris hoc potuisset caput augeri, si quosuis historiae ecclesiasticae riulos enumerare volupe fuisset. Verumtamen, fontes potissimum indicasse, satis erit.

















80





85,0

Bc 488.

8

VD18

ULB Halle

3

008 349 398




NI












BIBLIOTHECAE  
COPTO-IACOBITICAE  
SPECIMEN.

CVI PRAEMITTITVR  
DE  
LINGVAE COPTICAE FATIS  
COMMENTATIO



AVCTORE  
CAROLO HENRICO TROMLERO  
V. D. M.



L I P S I A E  
APVD IO. FRIDER. LANGENHEMIVM.  
1767.

